Virgilius Catholicon ſomniarunt Forulus dicitur ſagittarum.Et producit mediam ſyl
labam.Virgilius libro æneidos decimo.
Nonius Corytiq; leues humeris:& lœtifer arcus.Quod Nonius/leue miſſile interpre
Tortellius tatus eſt in ſagittarum modum.Corythus cum c exili/& y græco/& th aſpira
to ſcribitur:etſi cum i latino/& t exili/a Tortellio ſcribi præcipiatur.Oppidũ
Seruius eſt Hetruriæ/teſte Seruio/ſuper paruo colle eiuſdem nominis poſitum:& a
Virgilius Corytho rege conditum.Et corripit mediam ſyllabam.Virgilius li.ænei.vii.
Virgilius Hinc illum Corythi Tyrrhena a ſede profectum.Idem libro æneidos nono.
Nec ſatis extremas Corythi penetrauit ad urbes.

Cliens huius clientis cum c exili/& i latino ſcribitur:& communis generis eſt. Cliens
Pluatus Comperitur tamen fœminini generis clienta:quod Plautus ipſe uſurpauit. Clienta

Donatus Clam præpoſitio/tam accuſatiuo/q̃ ablatiuo deſeruit/auctoribus Donato & i Clam
Seruius Donatum Sergio & Seruio At uero Priſcianus/&Donatus cognomento mi
Seruius nor/ablatiuo tantum ſeruire tradiderũt.Clam a clauibus dictum eſt:qꝫ iis quæ
Priſcianus celare uolumus/claudimus/ut teſtatur Feſtus.

Donatus Concio huius concionis/fœminini generis eſt quin & maſculino genere uete/
Feſtus res protulerunt/ut ſcribit Pompeius.dicta eſt concio/teſte eodem Pompeio
Pompeius quaſi conuocatio/uelut coagitatio:ideſt longa eiuſdem rei agitatio in eadem Concio
Gellius mora conſilii explicandi.Teſte autem Gellio/auctoritate Verrii Flacci/cõcio
tria ſignificat/locum ſcilicet/geſtumq;/unde uerba fiunt:cœtum populi aſſi/
ſtentis:orationem ipſam/quæ ad populum dicitur.

Feſtus Contagio/contages/contagium/in uno ſignificato accipi poſſunt:etſi Feſtus/ Contagio
Iuuenalis contagionem tantum dici debere tradiderit:nõ contagiũ.Iuuenalis ſatyra.ii. Contages
Lucretius Cretice polluces:dedit hanc contagio labem.Lucretius libro quarto. Contagium
Gellius Quæ contage ſua palloribus omnia pingunt. Gellius li.xii.noctiũ atticarũ.
Periculum etiam/& uenenũ/& contagium/non uti nunc dicuntur pro malis
Marcellus tm̃ dicta eſſe.Marcellus.Vaſtitas dicitur horror/deſertio/contagiũ.Martialis
Martialis Cum ſic fœminei generis contagia uitet.Horatius in epiſtolis.
Horatius Cum tu inter ſcabiem tantam/& contagia lucri/
Virgilius Nil paruum ſapias.Virgilius georgicorum tertio.
Lucanus Dira per incautum ſerpant contagia uulgus.Lucanus.
Ouidius Traxit iners cælum fluidæ contagia peſtis.Ouidius libro metamorphoſeos
vii.dilapſa liqueſcunt:Afflatuq; nocent:& agunt contagia late.

Priſcianus Carcer maſculini generis eſt:quin & neutro genere/teſte Priſciano/ueteres ꝓ Carcer
tulerunt.Sed infirmum eſt quod Priſcianus affert exemplum.

Comedo huius comedonis/&comedus/me ſyllaba correpta/in uno ſignifica Comedo
Feſtus to accipi poſſunt/teſte Feſto.Et is dicitur/qui bona ſua edendo conſumit. Comedus
At uero comœdus cum œ diphthongo in media ſyllaba/repræſentator/ Comœdus
Iuuenalis actorq; comœdiæ uocatur.Iuuenalis ſatyra tertia Comicus
Vxorem comœdus agit.Comicus uero/is appellatur/qui comœdiam com
Vulcatius poſuit.fuere aũt comici plures:inter quos/qui palmã obtineat/his Vulcatii
Gellius Sedigiti uerſibus/a Gellio in noctibus atticis recitatis clarere poterit.Ait eni.

Multos incertos certare hanc rem uidemus
Palmam poetæ comico cui deferant.
Hunc meo iudicio errorem dissoluam tibi:
Vt contra si quis sentiat, nihil sentiat.
Cæcilio palmam statuo de comico.
Plautus secundus facile exuperat cæteros.
Deinde Næuius, qui feruet precio, in tertio.
Si erit quod quarto detur, dabitur Lycinio.
Post insequi Lycinium facito Attilium.
In sexto sequitur hos Terentius.
Turpilius septimum. Trabea octauum obtinet.
In nono loco esse facile facio Lucretium.
Decimum addo antiquitatis causa, Ennium.

Priscianus Crispus Cæcilius — Claudo claudis, & cludo cludis, teste Prisciano, dici potest. Quod uerbũ cũ sit actiuum, apud Cirspum tamen naturale compertum est, quom Prisciano referẽte, libro quarto historiarum dixit: coniuratiõe claudit: hoc est claudet, a claudeo. Quod & Cæcilius protulit in Epichæro: dicens. At ubi uos sitis, ibi consilium claudeat: idest claudicet. — Claũdo Cludo Claudeo Claudico

Priscianus Seruius Caper Probus — Cinis & ciner, in recto, declinari põt, testibus Prisciano, & Seruio: & tam fœmini nini q̃ masculini generis est, ut Caper testatur, & Probus. — Cinis Ciner

Cœno cum œ diphthongo scribitur: & facit in præterito cœnaui, & cœnatus sũ teste Prisciano. — Cœno Cœna Cœnum

Priscianus Vgutio Priscianus — Cœna cum œ diphthongo scribitur: & non uespertina dicitur: quod tũ apud antiquos prandiũ uocabatur. Et a κοιροσ quod est cõis deducitur: quia mul ti in cõe cœnare consueuerãt. Cœnum cum œ diphthongo scribitur: nec ta men a cœno cœnas deriuatur, ut somniauit Vgutio: sed a κοιρῶ quod est in quino, auctore Prisciano:

Vgutio Pollux Ptolemæus Ptolemæus Iuuenalis Celsus Hieronymus — Chorda cum ch aspirato scribitur: nec a corde descẽdit, ut Vgutio somniauit: sed græcum a Iulio Polluce uocabulum ponitur. Est & eodem nomine urbs Elgouarum, ut Ptolemæus ostẽdit: cum g autem Gorda, urbs est fœlicis Ara biæ teste eodem Ptolemæo Cor, & corde, in recto, ueteres protulere: quod patet per genitiuum cordis. Nam secundum analogiam ab eo quod est cor, formatur genitiuus coris: quod tamen nusq̃ lectum est. Et a corde fit adiecti uum cordiacus, idẽ significans, quod & cardiacus: quo scilicet uocabulo usus est Iuuenalis satyra quinta, quom ait.
Cardiaco cyathũ non porrecturus amico. Cardiacus morbus (ut scribit Cor nelius Celsus) ex nimia imbecillitate corporis, & languente stomacho, sudo re nimio nascitur. Verum (ut pergit) imbecillitati uino succurritur, quod nõ sit austerum: sed meracum. Nam (ut ait) uino in stomacho contento, calor cõ tinetur. Scribitur autem cor cum c nõ aspirato: & format diminutiue corcu lum, auctore Hieronymo. — Chorda Gorda Cor Corde Cordiacus Cardiacus Corculũ

Priscianus Cœllius — Concors, & hic & hæc concordis, & hoc concorde, teste Prisciano, declinaue runt. Vnde Cœlius in Cratino, ait. Modo fit obsequens, hilaris, comis, cõ munis, concordis: dum id quod petit, potitur. — Concors Concordis

Vgutio Iuuenalis — Calœnum cum c exili, & unico l, & œ diphthongo scribitur, componiturq; ex καλοσ quod est bonum, & ὄιροσ uinum. Alii dicunt calœnum uinum a Ca le oppido Campaniæ, ubi nascitur, dictum esse. Nec scribitur carenum a ca reo cares, ut ridiculus somniauit Vgutio. Iuuenalis satyra prima.
Occurrit matrona potens: quæ molle calœnum
Porrectura uiro miscet sitiente rubetam. — Calœnum

Virgilius Liuius Lucanus — Celæno cum c exili, & unico l, & æ diphthongo in media syllaba, atrum significat, seu tenebrosum. Vna fuit ex harpyiis. Virgilius. hos mihi prædixit luctus, non dira Celæno. Celænæ plu ralis tantum numeri, cum c exili, & unico l, & æ diphthongo i penultima, & ultima syllaba, urbs fuit Phrygiæ, teste Liuio libro septimo de bello Macedo nico: de qua meminit Lucanus libro. iii. quom dixit. — Celæno Celænæ Celæna Cyllene

Lugent damnatæ phœbo uictore Celænæ. declinatur nonnunq̃ & singulari
Virgilius numero, Celæna huius Celænæ. Virgilius libro æneidos septimo.
Quiq; Rhipas, Betulumq; tenent, atq; arua Celæne. Cyllenæ huius cyllenes
Ouidius cum c exili, & y græco, & duplicato l, mons est i Arcadia: cuius meminit Ouidius libro fastorum quinto, dicens.
Virgilius Hæc enixa iugo cupressiferæ cyllenes. Et Virgilius li. æneidos octauo.
Cyllene gelido conceptum uertice fudit.
Horatius Cauus, & cauerna in uno significato accipi possunt. Horatius in fine sermonis xvi. me silua, cauusq; Cauus Cauerna
Festus Tutus ab insidiis, tenui solabitur eruo. Festus, a chauos chauum tractum tradit. Quod si uerum dicit, cum ch aspirato scribendum est: cui tamen orthographiæ, usus arte potẽtior aduersatur: ut scilicet cum c exili cauus scribatur: o maxime, q̃ (ut alii uolunt) a cauo cauas deriuatur: quod uerbum, cũ c nõ aspirato ab omnibus scribitur.
Propertius Caueo caues scd'a, & cauo cauis tertia cõiugatiõe, declinari põt. Propertius. Caueo Cauo
Horatius Tu caue, ne tristi, cupias pugnare puellæ. Horatius sermone. xiiii.
Horatius Tu caue, ne minuas, tu ne maius facias id. Idem.
Vade: uale: caue ne titubes: mandataq; frangas. Vbi ue syllaba exictente breui, imperatiui modi, caue, tertiæ coniugationis, esse necesse est. Nam a caueo secundæ coniugationis, caue ue syllabam producit. Cauo cauas in alio si
Ouidius gnificato, p̃mæ cõiugationis est. Ouidius libro metamorphoseos. ii.
Est locus in geminos ubi brachia concauat arcus.
Priscianus Careo cares, facit in præterito carui, & cassus sum cum geminato s: in supino ca Careo
Caper ritum, & cassum, teste Prisciano. Antiqui tamen (ut testis est Caper) careo de Careor
Gellius ponens protulerunt. Et tam genitiuo, q̃ ablatiuo iungitur, teste Gellio in no
Næuius ctibus atticis, Næuium referente dicentem. Carendum tui ẽ. Quin etiã cũ ac
Marcellus cusatiuo ueteres construebant, ut testis est Marcellus, Turpilium & ipse indu
Turpilius cens ita scribentem. Meos parentes careo.
Cado cadis facit in præterito cecidi, ci syllaba correpta: in supino casum cum Cado Cædo
Boœtius unico s. Boœtius.
Qui cecidit, stabili nõ erat ille gradu. Cædo cædis format præteritũ cæcidi, Cedo
Iuuenalis ci syllaba producta: supinũ cæsum cũ unico s. Iuuenalis satyra tertia.
Lucanus Ebrius, ac petulans, qui nullum forte cæcidit. Lucanus libro quinto.
Apuleius Terga fuga, donec uetuerunt, castra cæcidit. Cædo, teste Apuleio, cũ æ diphthongo scribitur: ut scilicet differat ab alio uerbo cedo: quod in præterito facit cessi cum geminato s: in supino cessum. Est autem cædere cum æ diphthon
Terẽtius go, uerberibus dedere. Terentius in andria. Verberibus cæsum te in pistrinũ
Virgilius dane dedam. Cædere, excidere. Virgilius georgi. primo.
Virgilius Cæditur & tilia ante iugo. Cædere, occidere, mactare, uel imolare. Virgilius
Virgilius libro. iiii. æneidos. cædit quinas de more bidentes. Iden in georgicis.
Non aliam ob causam Bacco caper omnibus aris
Virgilius Cæditur. Cædere, frangere. Virgilius georgicorum. iiii.
Cæduntq; securibus humida uina.
Lucillius Cædere, commiscere. Lucillius libro. xxx.
Lanæ opus omne perit: fallor, timor, oĩa cædunt. Cedo absq; diphthõgo facit in præterito cessi (ut diximus) in supino cessum cum duplicato s. Est autem
Virgilius cedere, locum dare: ut est apud Virgilium libro æneidos quinto.
Cede deo. Cedere succedere. Virgilius libro ænidos quinto.
Cesserit Ausonio si fors uictoria Turno.
Virgilius Cedere dare. Virgilius libro æneidos. xi.
Hæc omnis regio, & celsi plaga pinea montis,
Virgilius Cedat amiciciæ Teucrorum. Cedere, obsequi. Virgilius libro æneidos. ii.
Virgilius Cedo equidem: nec ante tibi comes ire recuso. Cedere, euitare. Virgilius libro æneidos quinto.
Plautus Celeri quoq; lapsus corpore cessit. Cedere, incedere. Plautus in aularia.

In hosce absolutus cedas. Cedo pro dic/etiã absq; æ diphthõgo scribitur:&
Iuuenalis primam corripit syllabam. Iuuenalis post
Mitior est(credas)aliam:cedo/si breue parui
Sortita est lateris spacium:breuiorq; uidetur.
Caper Ceruix fœminini generis est:qn & masculio genere ueteres ꝓtuler/testibus Ca/ Ceruix
Probus pro/& Probo. Pars dicit colli posterior. Et a ceruice uenit ceruicale/& p apo Ceruicale
Iuuenalis copen ceruical/ui sxllba producta. Iuuenalis satyra sexta.
Martialis Conducit comites:sellam:ceruical:amicas. Marcialis.
Cinge caput nardi folio:ceruical olebit.
Apuleius Cætus cum c & t exilibus/& æ diphthõgo(ut Apuleo placet)scribitur. Ait.n. Cætus
Tortellius Cæte a græcis accipimus/æ diphthongo pro η littera producta posita. At ue Cæte
Gasparinus ro Tortellius/& Gasparinus/absq; æ diphthongo scribendum tradunt. Teste Cœtus
Seruius tamen Seruio super librum quintum æneidos/cætus in recto nusq̃ lectum ẽ
etsi per alios casus declietur. Vnde Mathæi capitulo. xii. legitur. Sicut fuit Io/
Pompeius nas in uentre cæti/tribus diebus/& tribus noctibus. Et Pompeius in dictiõe
balæna/ait. ipsam dicunt esse pistricem:ipsam esse & cætum. Sed & cætus le/
gitur. Vnde Rufus Festus in Arato.
Distante Andromedã prolyxi tramite mundi Perterret cætus. declinatur etiã
Hierõymus hæc cæte neutro genere/per omnes casus pluralis numeri. Hieronymus ĩ ge
Rufus nesi. Creauit deus cæte grandia. Verũ in alio significato/cœtus cum œ diph/
thongo scribit:& quartæ declinationis est:& cõuentus dicit/siue cõgregatio.
Caper Comperio/& comperior deponẽs(ut Caper tradit/& Diomedes)usurpatum Comperio
Diomedes est/dicente etiam in Iugurtha Crispo. Sed ego comperior Bocchum magis Compior
Crispus punica fide. hoc autem inter comperior distat/& comperio:ꝙ(ut scribit Dio
Diomedes medes)comperri/est/ex mea opinione colligere:& pro explorato comper/
tum habere:comperire uero/ab alio cognoscere.
Apuleius Cælo cælas quando pro sculpo ponitur/cum æ diphthongo/teste apuleio scri Cælo
bitur:ut scilicet differat ab alio uerbo celo/pro abscondo/quod absq; diph Celo
Gasparinus thongo scriptitant. Vtrũq; tamen uerbum/absq; diphthõgo Gasparinus scri Celleo
bendum præcepit. Sed Apulei auctoritas/& usus præualet arte potentior:ut Cello
cũ æ diphthongo cælo pro sculpo annotetur. Celo pro abdo/uel abscondo/
duos accusatiuos post se regit diuersos:& nonnunq̃ post accusatiuũ/datiuũ:
aliquãdo ablatiuum cum præpositiõe a/uel ab/uel de:ut celo illũ/uel illi/hãc
rem:& celo te de hac re:& celo hoc a te/uel ab illo. Celleo celles secũda/& cel
lo cellis tertia coniugatione/declinari potest:& cum duplicato l scribitur. Et
Priscianus facit in præterito cellui/& ceculi teste Prisciano.
Probus Cælum in singulari numero neutri generis est:in plurali uero/masculini/teste Cælum
Probo:dictumq; est cælum/eo.ꝙ sit cælatum:hoc est syderibus sculptum/au/ Cœlum
Apuleius ctore Apuleio:quod ideo cum æ diphthongo annotari præcipit. Varro aũt Cælebs
Varro de ligua latina/cælum scribit dictum a cauo. Quam deriuationẽ si agræco qđ Cæles
est κοιλον itelligere uoluit/cũ œ diphthongo cœlũ scribiẽdũ erit:quæ ortho Cælicola
Helius graphia a nonnullis obseruatur. Helius tamen(ut idem refert Varro)aliam ab
his etymologiam tribuit. A cælo uenit hic & hæc cælebs castus/uel cõtinens:
& hic & hæc cæles huius cælitis/cælicola.
Phocas Celox huius celocis/fœminini teste Phoca generis/& hæc celonis/in uno signi Celox
ficato accipi possunt. Et absq; æ diphthongo/& cum unico l scribitur/cum ꝑ/ Celonis
Ennius mam corripiat syllabam. Ennius.
Varro Labitur uncta carina per æquoraq; alta celonis. Varro in marcipore. Nautæ
remiuagam mouent celocem genus est nauis.
Apuleius Cæpe indeclinabile/neutri generis/cum æ diphthongo/teste Apuleio annota Cæpe
tur. Nam(ut ait)a capitis magnitudine dicitur:unde & primã diphthongi uo Cæpa
Ouidius calem assumpsit. declinatur nonnunq̃ fœminino genere hæc cæpa. Ouidius Cæpicius
Martialis Cædenda est hortis eruta cæpa meis. Martialis. Cæpicium
Caper Capparin/& putri cæpas halece natãtes. potest etiam declinari pro cæpa hic Cepus
Priscianus cæpicius/& hoc cæpicium/testibus Capro/& Priscião. Cepus absq; diphthõ/

go/animal est/faciem habens satyro similem:cætera inter canem/atq; ursum
Strabo Et nascitur in Aethiopia:quem & Babylonii/qui sunt iuxta Memphin colũt/
ut scrit Strabo.
Cæra cum æ diphtongo scribitur.Nam licet a græco quod est κηρος/qđ absq; Cæra
Apuleius diphthongo scribitur/deriuetur/teste apuleio/& secundum regulam/illud η/ Cærulus
in nostrum e productum absq; diphthongo transferri consueuerit/placuit ta Cæruleus
men nostris(ut idem tradit Apuleius)in aliquibus dictiõibus per æ diphthõ/ Ceres
gum hoc ipsum descriuisse.sunt tamẽ/qui latinum uolunt esse uocabulum/ Ceritus
a careo cares deductum/eo q; cæra mellis perfusione careat.Vnde etiam pri Cærete
mam diphthõgi uocalem assumpsisse dicũt.A cæra/fit adiectiuum cærulus/ Cære
Syllius & cæruleus.Syllius libro.xvi. Cæres
Catutullus Cærulus haud aliter quom dimicat incola Thyles.Catullus. Cæretis
Propertius Cærula uerrentes abiegnis æquora palmis.Propertius. Cæritis
Martialis Cæruleus cucumis/tumidoq; cucurbita uentre.Martialis. Cerrus
Cæruleus nos liris amat:quem silua Maricæ
Protegit.Composita cum cæra/secunda/& tertia declinatiõe/declinari pos/
sunt:ut syncærus/syncæris.Ceres huius cereris absq; diphthongo/a creando
Festus frumenti dea dicta est/teste Festo.Et a Cerere/fit ceritus cũ duplicato r/qua/
si cereritus/hoc est Cereris ira uexatus.Vnde & primam syllabam positione
Horatius producit.Horatius sermone.xiii.
Cerritus fuit/aut commotæ crimine mentis:idest insanus/furiosus. Cærete
cum c & t exilibus/& æ diphthongo scribitur.& neutri generis est.Ciuitas fu
Seruius it Tusciæ/alias Agilla uocata/teste strabone.Nam auctore Seruio super li/
Seruius brum octauum æneidos/cum Romani euntes per Tusciam/Agillinos quæ
uocaretur ciuitas interrogarent/illi ut pote Græci/ quid audirent ignoran/
tes/& optimum ducentes/si prius eos salutarent/dixerunt: χαιρετε:quod cũ
Persius ch aspirato/& αι diphthongo apud illos ãnotatur:& significat saluete:ut est
etiam apud Persium/Quis expediuit psitaco suum chaere:hanc igitur saluta/
tionem Romani nomen urbis esse putantes/detracta postea aspiratiõe/illud
Iginus Cærete nominauerunt:ut etiam testatur Iginus de urbibus Italicis.declinatur
Priscianus nonnunq̃ Cæres huius Cæritis/ri syllaba correpta/teste Prisciano/dicente ẽt
Virgilius Virgilio libro æneidos.viii.
Liuius Est ingens gelidum lucus prope Cæritis amnem.At uero Liuius libro primo
Pompeius ab urbe condita/hoc Cære declinauit.Simili quoq; mõ & Pompeius/quom
dixit.Cærimoniarum causam/alii ab opido Cære dictam existimant. Nomẽ
Virgilius ab hoc patrium/est/hic & hæc Cæres huius Cæretis/re syllaba producta.Vir
gilius libro ænidos decimo.
Qui Cærete domo qui sunt Minionis in aruis.potest etiam declinari pro no
mine patrio/hic & hæc Cæretis/media syllaba producta/& hic & hæc cæri/
Caper tis ri syllaba correpta ut Caper/& Priscianus/tradiderunt.Cerrus cum dupli
Priscianus cato r/genus est arboris.
Iuuenalis Cæroma huius cæromatis/& hoc cæromatum/declinari potest.Iuuẽalis.fœ/ Cæroma
Martialis mineum cæroma Quis nescit?Martialis. Cæromatũ
Plura de hac parte non sum dicturus/
Non Hercul æs magis q̃ de terre usu/
In cæromatis/ pro cæromatibus.unguẽti est genus:& eo modo/quo cæra/
cum æ diphthongo scribitur.
Cerastes cum c exili/& e absq; diphthongo/& unico r scribitur:& facit in geni Cerastes
Lucanus tiuo cerastis/uel cerastæ/dicẽte Lucano:spinaq; uagi torquẽte cerastæ.Genus
plinius est serpẽtis.q teste Plinio libro octauo naturalis historiæ/quadrigemina præ
Statius fert cornicula:dictus a κερας quod est cornu.de quo Statius li. thebaidos.xi.
Crinalem attollit longo stridore cerasten.
Chelæ cum ch aspirato/& unico l scribitur.Scorpiorum proprie sunt/& cãcro/ Chelæ
Virgilius rum brachia.Et che syllabam producit.Virgilius in georgicis. Chelys
Qua locus Erigonen inter chelasq; sequentes.Chelys cum ch aspirato/& uni

Papinius co l/& y græco/instrumentum est musicum:& corripit primã syllabam. Papinius in achilleide.
Elicit extremo chelyn:& solantia curas.
Marcellus Certo certas/& certor depones/a ueteribus usurpatũ est/ut scribit Marcellus. Certõ Certor
Persius Cyminum cum c exili/sequẽte y græco/& unico m scribitur. apud Græcos tũ masculino genere κύμινος profertur. Et pducit mediã syllabam. Persius. Cyminum
& pallentes grana cymini. Alii uertentes y græcum in u nostrũ/dicunt cuminum. Cuminum
Apianus Cyminus eadẽ scriptura/Hetruriæ lacus est mõti suppositus/teste Apiano. Cyminus
Virgilius Et corripit mediam syllabã. Virgilius libro æneidos septimo.
Et Cymini cum monte lacum.
Horatius Coluber huius colubri/masculini generis/habet fœmininũ colubra. Horatius. Coluber
Vtq; lupi barbam uariæ cum dente colubræ. Serpentis genus est tortuosi. Colubra
Cingulum neutro genere dicimus/quom pro hominum cinctorio accipimus: Cingulum
Seruius Quom uero pro iumentorum uinculo ponitur/cingula fœminino genere/ Cingula
Calphurni⁹ auctore Seruio declinatur. Vnde Calphurnius egloga septima ait. Cingulus
Ouidius Alternat uitreas lateralis cingula bullas. Ouidius de remedio.
Pompeius Et noua uelocem cingula lędat equum. Cingulus (ut scribit Pompeius) is dicitur qui ubi cingi solet/satis tenuis est.
Priscianus Cio cis quarta/& cieo cies secunda coniugatione declinari potest/teste Prisciano Cio
Statius Statius libro thebaidos tertio. suus excit in arma Cieo
Virgilius Antiquam Tiryntha deus. Virgilius cælũ/terrãq; ciebo. Vtrunq; autem uerbum format in preterito ciui:in supino citum. Aduertendum tamen/q citũ supinum a quartæ coniugationis uerbo/ci syllabam producit:quam a uerbo
Virgilius secundæ corripit. Virgilius libro æneidos tertio.
At genus ex siluis cyclopum/& montibus altis
Statius Excitum ruit ad portus:& littora complet. Statius in achilleide.
Arator Nec tantum exciti bimari quos Ismara uallo. Arator.
Tibullus Comperit accitus quæ sit sua uisio Petrus. Tibullus.
Syllius Quom memor accitus semper dolor admonet annos. Syllius libro. xv.
Ouidius Accitum donat uictor miseratus in æuum. Ouidius libro primo tristium.
Valerius Accitus tocies in genus omne ioci. Valerius Flaccus libro quinto.
Statius Ipse autem tantis concita furoribus arma. Statius libro thebaidos. x.
Ouidius Ecce ad dircæas iunxit dux concitus alas. Ouidius libro metamor. secundo.
Nec fruitur somno uigilantibus excita curis.
Herodotus Cius cum c exili/& i latino scribitur. fluius est Thraciæ:qui teste Herodoto libro quarto. historiarum/in Istrum fluit. Chios cum ch aspirato/& i latino/in Cius Chios
Lucanus sula est in mari Aegæo:in qua sola/mastix nascitur: de qua Lucanus libro octauo meminit dicens. Chius
Quas Asine cautes/& quas chios asperat undas. Et a chio/fit chius chia chiũ/
Horatius chi syllaba producta. Horatius in sermonibus.
Tibullus Cæcuba uina ferens Alcon chium maris expers. Tibullus libro tertio.
Nec mihi fumosos ueteris proferte phalernos
Martialis Consulis:& chio soluite uincla cado. Martialis.
Acrior hoc chius non erat Aufidius.
Chironomus huius chironomi/& chironomon huius chironomontis/cõmuni utrũq; genere/declinari potest. Nec declinatur in recto chironomas huius Chironomus
Vgutio Chironomantis/ut Vgutio/Catholicon/Tortellius/tradiderũt. Et scribitur Chironomon
Tortellius cum ch aspirato/& i latino:& dici potest gesticulator/uel gesticulatrix. Nam
Quintiliãus ĩterpretante Quintiliano chironomia/lex est gestus:compositũq; uocabulũ
Iuuenalis est/ex χείρ/quæ est manus/& νομάω/moueo. Iuuenalis.
Iuuenalis Chironomon Ledam molli saltante Batyllo. Idem.
Saltantem spectas/& chironomonta uolanti Cultello.
Cis/citer/citra/præpositiones/idem significãt:nisi q locis/& fluminibus/cis ut Cis
plurimum iungitur:ut cis alpis:cis padum. Citra uero/quãdoq; locale/quan Citer
Nonius doq; temporale est. Ponitur nonnunq̃ cis pro ultra/ut scribit Nonius. Vnde Citra

Saluſtius / Varro — Saluſtius ait. Cis Rhenũ/atq; inter mare noſtrum/& oceanum Varro li.rhæthoricorũ.xx.Eo die cis Tyberi redeũdũ e:ideſt ultra Thiberi:ultra Rhenũ.

Cleopater / Cleopatra — Cleopater cum c/& t exilibus ſcribitur.& facit in genitiuo cleopatris/uel cleopatri:ſicut Antipater huius Antipatris/uel Antipatri.proprium fuit uiri nomen.Cleopatra eadem ſcriptura/proprium fuit mulieris nomẽ/ab Antonio amatæ.Et corripit naturaliter pa ſyllabam.Petrus Riga in li.Maccabæorũ. (Petrus)

Quem iam Cleopatræ læſerat intus amor.

Priſcianus — Congrus / Conger / Congius / Commune — Congrus/& conger/in recto declinari poteſt/teſte priſcināo. Genus eſt piſcis Congius cum i latino poſt g/genus eſt menſuræ.

Commune cum geminato m ſcribitur.Et dici poteſt ſic.hoc eſt commune omnium/uel omnibus:& hoc eſt commune mihi tecum/uel cum cæteris.

Citaris / Cithara / Citharœdus / Cithariſtria — Citaris cum c & t exilibus/& i latino ſcribitur.Pileus dicitur/uel mitra pontificalis:Cithara cum c exili/& i latino/& th aſpirato/inſtrumentum eſt muſicũ/alias lyra uocata.Et ex cithara/& ὠιδὴ/compõitur citharœdus cum œ diphthongo in penultima ſyllaba.Hieronymus in apocalypſi. (Hierõymus)

Et uocem quam audiui/ſicut citharœdorum citharizantium in citharis ſuis. Iuuenalis ſatyra ſexta. (Iuuenalis)

Accipis uxorem:de qua citharœdus Echion. A cithara etiam uenit fœminini generis cithariſtria:ſicut a cymbalo/cymbaliſtria:a tympano/tympaniſtria

Cythera / Cytherus / Cytherea / Cytheris / Cythæron / Cytorus / Chydorus / Cydarum — Cythera cum c exili/& y græco/& th aſpirato/pluralis tantum numeri/& neutri generis/ciuitas cypri fuit/teſte Heſiodo in theogonia.Dionyſius autem lybicus/& Strabo/inſulam dixerunt eſſe contra Cretam.Et producit mediã ſyllabam.Virgilius libro æneidos.x. (Heſiodus, Dionyſius, Strabo, Virgilius, Virgilius)

Eſt Paphos/Idaliumq; mihi:ſunt alta Cythera.Idem libro æneidos primo.

Hunc ego ſopitum ſomno ſuper alta Cythera. Vgutio dicit/q; mons in quo Ciuitas ſita eſt/Cytherus uocatur. A ciuitatis autẽ noĩe/Venus Cytherea cognominata eſt/teſtibus Feſto/& Seruio. Virgilius libro æneidos primo. (Vgutio, Feſtus, Seruius, Virgilius)

Parce metu cytherea:manent immota tuorum.

Facta tibi:ubi the ſyllabam corripuit:quam tamen in dictione Cithera produxit.Cytherea item eadẽ litteratura/inſula eſt Cycladum ultima:quam Laertius Laconiæ inſulam eſſe dixit:quæ prius Porphyris appellata eſt. Cytheris cum c exili/ſequẽte y greco/& th aſpirato/& i latino in ultima ſyllaba/proprium fuit libertæ nomen:quã poeta Gallus amauit:quæ a Virgilio Licoris nominata eſt/quom ait egloga penultima. (Laertius, Virgilius)

Pauca meo Gallo:ſed quæ legat ipſa Lycoris.Cithærõ cum c exili/& i latino & th aſpirato/& æ diphthongo/iugum eſt parnaſi montis Boœtiæ/non longe a Thæbis/Boœtiæ ciuitate/ dicente Propertio. (Propertius)

Saxa cithæronis Thæbas agitata per artẽ.dictus autem Cithæron a cithara/eo q; cantu citharæ ſuper ipſo frequenter Orpheus perſonaret:ut libro primo Lactantius exiſtimat Firmianus.Quod cõfirmaſſe uidet' Ouidius/qoum dixit libro metamorphoſeon.iii. (Lactantius, Ouidius)

Vadit ubi feſtus facienda ad ſacra Citheron

Cantibus/& clara baccantum uoce ſonabat. Quidam autẽ cõmẽtator ſuper heſiodum/Lyſimachum nihilominus & ipſe inducens Cyrenæum in primo de poetis/dicit elicona/& Cythærona montes denominatos fuiſſe ab helicõe/& Cithærone fratribus:qui illic ſingulari certamine pugnauerũt.Cytorus cũ c & t exilibus/& y greco/mons eſt minoris Aſiæ in Paphlagõia/teſte Solino. Probus autem/& Ptolemæus oppidum dixerunt eſſe ponticum:de quo Virgilius georgicorum ſecundo. (Lyſimachus, Solinus, Probus, Ptolemæus)

Et iuuat undantẽ buxo ſpectarẽ Cytorũ.Chidorus cũ ch aſpirato/& i latino/ſequẽte d/fluuius ẽ:q in Axiũ Mygdoniæ fluuiũ itrat/teſte Herodoto li.hiſtoriarũ.vii.Cydarũ cũ c exili/& y græco/ſequẽte d/genus eſt nauiculæ. (Virgilius, Herodotus)

Caſſander / Caſſandrus / Caſſandra — Caſſander in recto/& caſſandrus/declinari poteſt:& cum c exili/& duplicato ſ ſcribitur:etſi a Gaſparino cum unico ſ ſcribi præcipiatur.proprium fuit uiri nomen:de quo Ouidius libro ſecũdo de ponto meminit/quom ait. (Gaſparinus, Ouidius)

Non tibi Cassandrusue pater/durusue Caphareus. Cassandra eadem scriptura/fuit Priami regis filia. Cassandria etiam cum duplicato s/urbs est paraxiorum/in Macedonia/ut in cosmographia Ptolemæus ostendit. Cassandria

Ptolemæus

Cocytus cum c exili utrobiq;/& y græco/& non aspirato scribitur: etsi Gasparinus cũ geminato c/hac uidelicet scriptura coccytus scribendũ tradat. fluuius est ĩfernalis: & producit mediã syllabã. Virgilius libro æneidos sexto. Cocytus Cocytos Cotyto

Gasparinus Virgilius

Cocytusq; sinu labens circouẽit atro. Cocytus etiam eadem litteratura/olim Lucrinus Campaniæ lacus uocabatur. Syllius in. xii.

Syllius

Ast hic Lucrino mansisse uocabula quondam Cocyti memorant.

Cocyto cum c exili utrobiq;/& y græco/Ceres olim cognominata fuit/cuius prima syllaba/a Iuuenale correpta ponitur: quom ait satyra secunda.

Iuuenalis

Cecropiã iussi baptæ lassare Cocyto. Cocyto igitur/a Cocyto inferorum fluuio/dicta est/ut quidam uolunt. Alii a loco/ubi præcipue dea coleret. Quod innuere uidetur Virgilius in priapea/dinumerans loca/in quibus uaria numina colerentur. Ait enim.

Virgilius

Raptam Cocytos ostreosa diuam. Vbi ꝓ loco/in quo dea colitur/fœminini generis Cocytos ẽ. Hæc scripsere Domitius/Georgius Merula/& Sabinus. Verũ ut ego a Greorgio Valla/uiro nostræ ætatis eruditissimo accepi/& in uetustissimo Iuuenalis codice/penes eundem Georgium existente/propriis oculis conspexi/Cotyto scriptum est: non Cocyto: cui & astipulatur Probus Iuuenalis interpres: hæc inquiẽs. Eupolis Priscus apud Græcos comicus/comœdiam scripsit: cuius index fuit bapte: in qua/impudici describebantur. Ibi Cotyto meretrix ĩprobatur/& multitudo iuuenum passim ad eam confluẽtium/uenustate mulieris seducta. Et quoniam multis facibus noctu illã petebant/& ab Atheniensibus Cereris sacra noctu fiebant/ideo Iuuenalis ꝙ illa impudicissime apud Romanos celebrarentur dixit. Talia secreta coluerunt origa tæda/Cecropiã iussi baptæ lassare Cotyto. Et hæc haud dubiũ uera est Iuuenalis interpretatio.

Coccus cum duplicato c/& coccinum/in uno significato accipi possunt. Horatius sermone. xvi. Coccus Coccinum

Horatius

In locuplete domo uestigia rubro ubi cocco. Hieronymus in libro secundo regum capitulo primo. Filiæ Israel super Saul flete: qui uestiebat uos coccino in diletiis: idest purpura. Nam κοκκοσ græce/latine granũ dicitur. Vnde coccinus/& coccineus/grano (ut dicunt) infectus. Iuuenalis satyra tertia. Coccinus Coccineus Coccus

Hierõymus Iuuenalis

Atq; mero feruens cauet hunc/quem coccina læna. Martialis. Coquus

Martialis

Coccina famosæ donas: & ianthina mœchæ. Hieronymus in canticis capitulo quarto. Sicut uitta coccinea/labia tua. Cocus cum unico c scribitur: cum ꝑmam corripiat syllabam. Martialis. Coculum Coquulare Coquular

Hierõymus Martialis

Qui propter cænam. Rustice cædo cocum. Sunt tamen/qui cũ q coquus scriptitant. Nam & a coquo coquis deriuatur. Coculum etiam cum unico c/uas aeneum est/coctionibus aptum. Plautus. Aeneis coculis excocta est mihi oĩs materia. hoc & coquulare/uel per apocopen coquular uocatur. Aliũ (ut scribit Põpeius) cocula dicũt ẽẽ lingua minuta: qbus facile decoquãtur opsonia.

Plautus Pompeius

Culter huius cultri masculino genere/& cultrũ neutro/declinari põt. Virgilius. Supponunt alii cultros. Festus. Clunaculum/cultrum est sanguinarium. Culter format diminutiue cultellus: cultrum uero/cultellum. Culter Cultrum Cultellus

Virgilius Festus

Corymbus cum c exili/& y græco scribitur: nec a corona deducitur/ut Vgutio somniauit. Fructus hederæ est: & pro ipsa hedera ponitur. Choriãbus cum ch aspirato/& i latino/pes est quattuor cõstãs syllabis/prima/& ultima lõgis: duabus uero intermediis breuibus: ut urceoli: filioli: pileoli. Corœbus cum c exili/& œ diphthõgo/scribitur: etsi a Tortellio/cũ ch aspirato/& absq; diphthõgo/scribi præcipiatur. Propriũ fuit uiri nomẽ: de quo Virgilius lib. æneidos ii. meminit/dicens. Cultellum Corymbus Coriãbus Corœbus

Vgutio Tortellius Virgilius

Et lateri glomerant nostro: iuuenisq; Corœbus.

Como comas primæ coniugationis/græcum est uerbum: & primam corripit Como

Virgilius | ſyllabam. Virgilius libro georgicorum quinto.
Creſceret in uentrem cucumis: nec ſera comantem. Como comis tertiæ/facit
Ouidius | in præterito compſi: & primam ſyllam producit. Ouidius libro .ii. d' amore.
Comere ſed ſolas digna Cypaſſi deas.
Comata cum unico m ſcribitur. Cognomen eſt regionis Gallorum: ubi gran/ | Comata
Lucanus | dem illi deferunt comam: de qua Lucanus libro primo. | Cometes
Crinibus effuſis toti prælate Comatæ. Cometes etiam cum unico m/ſignum | Cometa
Vgutio | quoddam eſt ſyderis: quod ab Vgutione fœminino genere hæc cometa/de/
Lucanus | clinari traditur. de quo Lucanus libro primo.
& terris mutantem regna cometen.
Coniueo coniues ſecunda coniugatiõe/& coniuo coniuis tertia/declinari põt. | Coniueo
Perſius | Perſius. uel niſi coniues. hic ſecundæ coniugatõis eſt. Tertia aũt/protulit Cal | Couiuo
Caluus | uus/quom dixit. Cum grauis ingenti coniuere pupula ſomno. Et facit in præ
Priſcianus | terito coniui/& conixi: in ſupino autem conitum teſte Priſciano: etſi Vgutio
Vgutio | dicat carere ſupino. uerbũ eſt: quo oculus illa pellicula claudi/& apiri dicit.
Corax cum c exili ſcribitur: & græcum eſt uocabulum: & a noſtris coruus tranſ/ | Corax
Cicero | fertur. Quo tamen uerbo/uidelicet græco/uſus eſt Cicero de oratore/dicẽs | Coruus
Ptolemæus | Quare coracem ueſtrum/iſtum patiamur. eſt etiam Corax (ut ex Ptolemæo
colligere potui) Tauricæ cherſoneſi promontoriũ: ac eiuſdẽ nominis mons
Boœtiæ: necnon mons/& fluuius Sarmatiæ. Eſt & eodem nomine opidum
Sextius | inter Volſcos famoſum/teſte Sextio. Quo nomine/etiã filius Cathylli/Am
Sextius | phiarai filii/fraterq; Tyburti/& alterius Cathylli/teſte eodem Sextio/uo/
Virgilius | catus eſt. de hoc meminit Virgilius libro æneidos .vii. dicens.
Cathyllusq;/acerq; corax.
Cymodoce huius Cymodoces/& Cymodocea/in recto declinari põt: & cum | Cymodoce
Virgilius | y græco ſcribitur. Virgilius libro æneidos quinto. | Cymodocea
Thaliaq;/Cymodoceq;. Idem libro æneidos decimo.
Heſiodus | Quarum quæ fandi doctiſſima Cymodocea. fuit teſte Heſiodo in Theogo/
nia/Occeani & Tethyos filia.
Calliope huius Calliopes/& Calliopea/ĩ recto/declinari poteſt: & cum c exili/ | Calliope
Virgilius | & i latino/& duplicato l/ſcribitur. Virgilius libro æneidos nono. | Calliopea
Ouidius | Vos o Calliope precor aſpirate canenti. Ouidius in faſtis
Prima ſui cœpit Calliopea chori. Vna fuit muſarum.
Caſſiepe huius Caſſiepes/& Caſſiepea/in recto declinari poteſt: & cum c exi/ | Caſſiepe
Ouidius | li/& duplicato ſ/& i latino ſcribitur. Ouidius libro metamor .iiii. | Caſſiepea
Manilius | Caſſiepe/Cepheſuſq; pater. Marcus Manilius libro primo. | Caſſiepæ
Ex ſimili dictum Cepheſuſq;/& Caſſiepea. uxor fuit Cephei Aethiopum re/
Ptolemæus | gis. Eſt etiam Caſſiepe promontorium/& urbs in Corcyra inſula/teſte Ptole
mæo: & eodem nomine portus epiri. Caſſiepæ eadem ſcriptura/cum æ diph/
thõgo in ultima ſyllaba/pluralis tantum numeri/urbs eſt Caſſiepæorũ/ut
Ptolemæus | idẽ Ptolemæus oſtendit.
Plinius | Cerinthe huius cerinthes/& cerinthea (quod protulit Plinius libro .xxi. natura | Cerinthe
lis hiſtoriæ) in recto/declinari poteſt: & cum c exili/& ũico r/& i latino/& th | Cerinthea
Virgilius | aſpirato ſcribitur. hærba ẽ: de qua Virgilius georgicorũ .iiii. & cerinthe igno | Cerinthus
Ptolemæus | bile gramen. Cerinthus eadem ſcriptura/opidum eſt in Euboœa/teſtibus
Homerus | Ptolemæo/& Homero libro iliados ſecundo.
Chlæna cum ch aſpirato/& æ diphthongo ſcribitur. Gẽus eſt ueſtis. Vnde Par | Chlæna
Parthenius | thenius de Lucillio/ait. Chlænam deſuper fœdauit. hanc Virgilius lænã/non | Læna
Virgilius | chlænam appellauit/quom dixit. ardebat murice læna.
Perſius | Et Perſius inquit. Hic aliquis cui circa humeros & hianthina læna eſt.
Iuuenalis | Compes huius compedis fœminini generis eſt. Iuuenalis. | Compes
Tibullus | Squalidus in magna faſtidit compede feſſor. Tibullus.
Hierõymus | Spes etiam ualida ſolatur compede uinctum. At uero Hieronymus maſculi/
no genere protulit/quom in Hieremia threnorũ capitulo .iii. dixit. Aggraua
Hierõymus | uit compedem meum. Quod alibi enarrans idem Hieronymus/etiam maſ/

culino usus est genere/dicens. Cum aduersum se/obsidione/uallo/& aggeri
bus/circum ædificatum conspicit/compedem suum aggrauatum asserit. Ge
Marcellus nus est uinculi/a cõpedio cõpedis/teste Marcello deductũ Cõpes itẽ/cõpedi/
Pacuuius tus uocat. Vñ Pacuuius i Hermiona/ait. Lamẽtas/& fletus facere/cõpedi licet.
Cumbo cumbis/tertiæ coniugationis/facit in præterito cubui: in supino cubitũ Cumbo
Cubo cubas primæ format præteritum cubaui: & quidem secundum analo/ Cubo
Hierõymus giam. supinum uero/cubatũ. Hieronymus in Hiezeciele capitulo. xviiii. Qua
re mater tua leæna/inter leones cubauit?
Hierõym⁹ Cubitum pro cubiti mensura/neutri generis est. Hieronymus tamen/contra Cubitum
aliorum consuetudinem/masculino genere protulit/quom in libro regũ ter Cubitus
tio. capitulo sexto/ait. Domus autem/quam edificauit rex Salomõ domino/
habebat sexaginta cubitos in longitudine: & uiginti cubitos in latitudine: &
triginta cubitos in altitudine. Cubitus autem/pro accubitu/quartæ declina/
tionis est/masculini generis.
Caicus cum c exili utrobiq;/& i latino scribitur/fuit proprium uiri Troiani no/ Caicus
Liuius mẽ/Aeneæ socii. Est eodẽ nomine fluuius Phrygiæ/teste Liuio libro sexto dẽ Caici
Lucanus bello Macedonico. de quo Lucanus meminit li. iii. dicens. Cayster
Et gelido tellus perfusa Caico. Iuxta hunc fluuium populi habitantes/Caici Caystrus
Lucanus uocati sunt/dicente eodem lucano libro primo.
Et nos crinigeros bellis arcere Caicos. Cayster huius caystri/cũ c/& t exilibus
Plinius & y græco/fluuius est Asiæ/teste Plinio libro quinto naturalis historiæ. hæc
Ptolemæus Caystrus eadem scriptura/urbs est Ciliciæ mediterranea/teste Ptolemæo.
Catascopus/& catascopiũ/declinari potest: & cum c/& t exilibus scribitur. Ge Catascopus
nus est nauiculæ. Catascopiũ
Charta cũ ch aspirato/& t exili scribit: & p eo apud Græcos ponit/quẽ nos Charta
Ouidius librũ uocamus. Quod ẽt obseruauit Ouidius libro. iii. tristium/dicens.
Nullus in hac charta uersus amare docet. Alii chartã p oi folio/sup quo scri/ Carta
bitur/accipere cõsueuerũt: aut p papyro/siue mẽbrana/seu pgameno. Non/ Cartha
nulli uero/p sola papyro chartã accipiũt: & a membrana distingũt: quale est. Carthago
Eos libros nõ in mẽbranis/sed i chartis trãscriptos/regi tradidit. Nec a careo Carthæa
Vgutio cares/aut carpo carpis/charta descendit/ut somniabũdus tradit Vgutio: sed
Varro a χαρτης/quod teste Varrone de lingua latina/masculino genere apud græ
Caper cos profertur/deriuat. Quo ẽt genere/uidelicet masculino/antiqui latini/ te
Probus stibus Capro/& Probo/Charta ptulere. Carta masculini generis cum c/& t
Herodotus exilibus/propriũ fuit uiri nomẽ/ex darii ducibus/ut scribit Herodotus li. hi/
Herodotus storiarũ. iiii. Cartha cũ c exili/& th aspirato/urbs fuit inter Tyron/& Berytõ/
Seruius teste Herodoto libro historiarũ. vii. a qua/auctore Seruio/Carthago ciuitas
Liuius nomen assumpsit: tum quia apud Grecos καρχηδων scribitur: ita ut illud ch
aspiratũ in media syllaba/i th apud nos cõuersum fuerit. Vñ teste Liuio/Car
thago uocabulũ punicũ est: quod apud nos nouã ciuitatẽ designat. Aliter ta/
Cicero men sensit Cicero. Ait enim libro. ii. dẽ natura deorũ. Quartus Hercules Iouis
filius fuit/& Asteries sororis Latonæ: qui Carthaginẽ filiã genuit: a qua/Byr/
Vgutio sa/quã Dido cõdidit/Carthago dicta est. Nec ab ago agis Carthago deduci/
Ptolemæus tur/ut Vgutio somniauit. Carthæa urbs est in Cæa insula/teste Ptolemæo.
Caryste huius Carystes/& carystos huius carysti/declinari potest: sicut Samos/ Caryste
& Same: Myconos/Mycone: Strongylos/Strongyle: Cyrnos/Cyrne: & cũ c/ Carystos
& t exilibus/& y græco scribitur. Insula est una ex cycladibus/i Euboeico ma Charistæus
ri sita: imo (ut quidam ferunt) cum Euboeico mari coniuncta: uarii quidẽ mar Caristia
Seneca moris ferax/dicente Seneca in Troade.
Lucanus An ferax uarii lapidis Carystos. Et Lucanus libro quinto.
Statius Qua maris angustat fauces saxosa Carystos. Et Statius libro thæbaidos. vii.
non te saxosa Caryste. Et a caryste/fit carystæus adiectiuũ cum æ diphthõgo
Vgutio i penultima syllaba. Vnde & caristæũ marmor dictũ est: nom autem a χαρισ
Ouidius gratia/ut Vgutio somniauit. Ouidius libro tertio fastorum.
Tibullus Quaq; Carystæis frangit unda uadis. a Carystos aũt fit Carystius. Tibullus.
Ardens aut unda carystia campis.

Chariſtia neutri generis/pluralis tantũ numeri/cũ ch aſpirato/& i latinò utro
bıq̧ ſcribitur:quæ/antiqui diem feſtum uocabant:quo cognatı conueniebát
Ouidius & munera mutuo mittebant. Ouidius in faſtis.
Proxia cognati dixere chariſtia chari. Et a χαρισ quæ eſt gratia/deriuatur.
Seruius Canobus cum c exilı/& unico n/& b ſcribi conſueuerat/teſte Seruio. Verum Canobus
Quitilianus (ut ait ſuper librum. xi. æneidos)b in p poſtea mutatum fuit. Quod Quinti/ Canopus
lianus prius notauerat a Tullio dictum/canopicarum exercitũ cum p non cũ Cannabis
b ſcriptum. Fuit nauis Menelai gubernator.
Seruius Eſt etiam Canopus/Nilı inſula/& ciuitas in eadem:quam teſte Seruio ſuper
quartum georgicorũ/Alexander inſtar ciuitatis ſuæ Macedonicæ/quæ Pel/
Virgilius la uocabatur/condidit. Quare libro præfato dixit Virgilius.
Vgutio Nam qua Pellææ gens fortunata Canopi. Hanc Vgutio etiam Canopiam
Perſius appellat. Cannabis cũ c exili/& duplicato n/ea ẽ/q̃ nauiũ chordæ fiũt. Perſi⁹.
Tum mare tranſilias/tibi torta cannabe fulto.
Gaſparius Chalybs cum ch aſpirato/& unico l/& y græco ſcribitur:non autẽ cum i latino/ Chalybs
Iuſtinus hac uidelicet ſcriptura chalibs/ut ſcribendum præcipit Gaſparinus. Fluuis eſt
Hiſpaniæ:iuxta quẽ populi inhabitant/chalybes uocati/ut dixit Iuſtinus libro
Virgilius .xliiii.q & ferrũ nudi effodiũt/dicẽte Virgilio georgicorum primo.
India mittit ebur:molles ſua tura Sabæi:
At chalybes nudi ferrum. Nec a caleo cales/chalybes dicti ſunt/quia ſcilicet
Vgutio metallum hoc fodientes caleant/ut ridiculus ſomniauit Vgutio. Alii eodem
nomine cognominati ſunt populi/iuxta Paphlagoniam/in ponto/& Ama
Orpheus zonibus contermini/ut Orpheus in argonautico oſtendit.
Strabo Hos iuxta Tbermodoontem fluuium habitare dixerunt Strabo/Euſtachius/
Euſtachius Dionyſius/Plinius. ponitur nõnunq̃ chalybs ꝓ ipſa ferri maſſa.
Dionyſius Vnde Ouidius libro faſtorum quarto/ait.
Plinius Aes erat in precio:chalybs iam maſſa placebat. Quandoq̧ capitur chalybs
Ouidius pro inſtrumento ex ipſo confecto:ut eſt apud Virgilium.
Virgilius Vulnificuſq̧ chalybs. Et Lucanus libro ſexto/inquit.
Lucanus Exiluit:primus chalyben/frenoſq̧ momordit.
Calaber maſculini generis/calabra fœminini/calabrum neutri/necnon & hic Calaber
calaber/hæc calabris/hoc calabre/a Calabrya Italiæ regione/declinari põt:&
Ouidius cũ c exili & unico l ſcribitur. Ouidius libro tertio de arte.
Perſius Ennius emeruit Calabris in montibus hortos. Perſius ſatyra tertia.
Macrobius Hæc Calabram coxit uitiato murice uellus. Macrobius libro primo ſaturna
lium. Et ipſi curiæ/ad quam uocabantur/Calabre nomen datum eſt:& claſſis:
ꝙ omnis in eam populus uocaretur.
Vgutio Cacula cum c exili utrobiq̧ ſcribitur:nec a calco calcas deducitur/ut Vgutio ſõ Cacula
Pompeius niauit:ſed a κακοσ/auctore Pompeio. Plautus. Video caculam militarem.
Plautus Caculæ militũ ſerui erát/fuſtibus/clauiſq̧ ligneis armati/ad tutelã dominoꝝ.
Seruius Crepido/abrupta dicitur ſaxi altitudo/teſte Seruio:& nonnunq̃ pro cauerna Crepido
Iuuenalis ponitur. Et producit pi ſyllabam/dicente Iuuenale.
Seruius Nulla crepido uacat. Crepida fuit teſte Seruio Tuſcum calciamentum:quod Crepida
Horatius corrigiis ligabatur. Et corripit mediam ſyllabam. Horatius in ſermonibus. Crepidula
Chryſippus dicat ſapiens:crepidas ſibi nunq̃/
Perſius Aut ſoleas fecit. At uero Perſius/calciamentum innuit fuiſſe Græcorum. Ait
enim ſatyra. ii. Non hic qui in crepidis Graiorum ludere geſtit. Nec a crepo
Vgutio crepida deducitur ut Vgutio ſomniauit:ſed græcum eſt uocabulũ/teſte Gel
Gellius lio libro. xiii. noctium atticarum. Et format diminutiue crepidula. Vnde idẽ
Gellius libro præfato ait. Omnia enim id ferme gẽus/quibus plantarum cal
ces tantum in fine reguntur/cætera prope nuda/& teretibus habenis uincta
ſunt/ſoleas dixerunt:& nonnunq̃ græca uoce crepidulas. Et cum c exili/& i la
tino/tam crepida/q̃ crepido ſcribitur.
Vgutio Crypta cũ c/& t exilibus/& y græco ſcribit:nec a crepo deſcẽdit/ut Vgutio ſõ Crypta
niauit:ſꝫ a κρυπτω uerbo/qđ ẽ occulto. Nã ſubterranea cauerna crypta dicit.
Crapula cũ c exili/& unico p ſcribit:nec ab eo quod eſt crudũ deriuatur quaſi Crapula

Vgutio	cruda epula dicatur/ut ſomniauit Vgutio:ſed a κραιπάλη/qđ Cræci dicũt.	
	Creſſa cum c exili/& duplicato ſ ſcribitur:& a κρῆσ/quod eſt Cretenſis/forma	Creſſa
Iuuenalis	tur:ubi apud Græcos/eſt η aſq; diphthongo. Iuuenalis ſatyra decima.	Creſſæa
Ouidius	Nec Sthenobœa minus q̃ Creſſa excãduit:ideſt Cretẽſis Phædra. Oui. heroidũ.	
	Mittit Amazonio Creſſa puella uiro.	
	Creſſæa cum c exili/& duplicato ſ/& æ diphthongo in media ſyllaba/regio	
Herodotus	eſt Macedoniæ litoralis/teſte Herodoto libro hiſtoriarum ſeptimo	
Gaſparius	Contus maſculino genere declinatur:non contum neutro/ut Gaſparinus de/	Contus
Vgutio	clinari uoluit. Nec ab eo qui eſt conus deriuat/ut Vgutio/& Catholicon/ ſõ/	Conta
Iuuenalis	niarunt. Sed græcum eſt uocabulum:quod apud nos perticam/ uel ſudem de	
	ſignat. Virgi. & acuta cuſpide contos Iuuenalis.	
	Nocte iter aggreſſus/gladium/contumq; timebis. Et ſcribitur contus cum c	
Ptolemæus	& t exilibus. Conta/urbs eſt Indiæ/teſte Ptolemæo.	
Ptolemæus	Cory cum c exili/& y græco ſcribitur. Promõtoriũ eſt Indiæ/teſte Ptolemæo:	Cory
Ptolemæus	& eiuſdem nominis inſula in Argarico ſinu/ut idem docet Ptolemæus.	Corus
Iuuenalis	Corus cũ r exili/uentus quidã eſt. Et producit primã ſyllabam. Iuuenalis:	Caurus
Lucanus	Atq; habitas/coro ſemper tollendus:& auſtro. Lucanus libro ſecundo.	Chorus
	Portus erat/ſi non uiolentos inſula coros	Chorea
Seruius	Exciperet ſaxis. Nonnunq̃ teſte Seruio/mutamus o litteram in au diphthon	
Virgilius	gum:& dicimus caurus:ut eſt apud Virgilium.	
	Semper hyems/ſemper ſpirantes frigore cauri. Chorus cum ch aſpirato/cho	
Virgilius	ſyllabam corripit. Virgilius libro æneidos ſexto.	
Ouidius	Veſcentes/lætumq; choro pæana canẽtes. Ouidius in faſtis.	
	Prima ſui cœpit Calliopea chori. Chorus in diuerſis temporibus diuerſus	
	fuit:& in diuerſis actibus uarius. Et (ut tradit Feſtus) a corona chorus deduci/	
Feſtus	tur:quod nunc ab omnibus cum c nõ aſpirato ſcribitur. Sed (ut ait) in deriua	
Quitilianus	tiuo aſpirationem aſſumit. Sane auctore Quintiliano/a nonnullis uetuſtiori	
	bus/auctoritate potius q̃ ratione orthographiæ/chorona cũ ch aſpirato an	
	notabatur:quod ex quibuſdam inſcriptiõibus eius temporis/apparere dixit.	
	Quod ſi ueram Feſtus deriuationem a corona tradidit/latinum eſſet chorus	
	uocabulum:non græcum:cuius tamen oppoſitũ apud Græcos habetur. Ideo	
Plato	Platoni magis credendũ eſſe dixerim:qui græcam dictionẽ affirmat:& a Græ	
	ca deriuatione deductam. Ait enim libro ſecundo de legibus. chorus a χαρᾶ/	
	quæ eſt læticia nũcupatur. Corus item cũ c exili/ẽ mẽſuræ genus:ut in Euange	
	lio Lucæ legitur/Tu uero/quantum debes? Qui ait:centum coros tritici. Et a	
	choro/chorea abſq; diphthongo deſcendit/licet apud Græcos ſit ει diphthõ	
	gus in media ſyllaba:quæ apud nos in e modo productum/modo correptũ/	
	conuerſa eſt:ut etiam a Virgilio/& Propertio/utroq; modo poſitũ fuit. Vir/	
Virgilius	gilius libro æneidos nono.	
Virgilius	Deſidiæ cordi/iuuat indulgere choreis. Idem libro æneidos ſexto.	
Propertius	Pars pedibus plaudunt choreas:& carmina ducunt. Propertius.	
Propertius	Nec minus aſſiduis edonis feſſa choreis. Idem.	
Ouidius	Protinus & nuda choreas imitabere ſura. Ouidius li. metamorphoſeos. xiiii.	
Tibullus	Ad numerum motis pedibus duxere choreas. Tibullus.	
	Hic choreæ/cantuſq; uigent:paſſimq; uagantes.	
Propertius	Corona cum c exili/ab omnibus ſcribitur:cuius diminutiuum/eſt coronula/	Corona
	& corola. Propertius.	Coronula
	Me iuuet externis poſitum languere corollis. Corone huius/corones/cum c	Corolla
	non aſpirato/urbs eſt Achaiæ/teſte Plinio libro quarto naturalis hiſtoriæ:	Corone
Plinius	quam Ptolemæus dicit eſſe in ſinu Meſſeniæ/Achaiæ prouĩciæ. Coronis cũ	Coronis
Ptolemæus	c exili/filia fuit Phegyæ/& ſoror Ixionis/teſte Seruio. Coronis item eadẽ ſcri	Coronia
Seruius	ptura appellatur/quicquid in fine additur. Vnde Homerus/roſtratas naues/	Coroneus
Homerus	cotonidas uocat/quia roſtra nauibus addita dicuntur:quæ alias appendices	Coryneus
	uocari poſſunt. Nam & ſera coronide/hoc eſt/ſera appendice/ab Euſtachio	
Euſtachius	uſurpatur ſuper librum primum iliados: quo etiam uocabulo uſus eſt.	

Martialis Martialis in initio libri decimi epigrammatum/ dicens.
Si nimius uideor/feraq; coronide longus Coronia cum c exili/& i latino/no
Ptolemæus men est duarum urbium/teste Ptolemæo:quarum una est Phthiotidis in Ma
cedonia:alia in Bœtia. Coroneus cũ c nõ aspirato/& eus diphthõgo/ꝓpriũ
Ouidius fuit uiri nom̃:cuius meminit Ouidius li.metamorpho.secundo/quom ait.
Nam me Phocaica clarus tellure Coroneus. Corynæus cum c exili/& y græ
Tortellius co/& æ diphthongo in penultima scribitur:etsi a Tortellio/cũ ch aspirato/
& i latino/absq; æ diphthongo/hac uidelicet scriptura chorineus scribi præ
Virgilius cipiatur.proprium fuit uiri nomen:de quo meminit Virgi. li.æneI.v.dicens.
Virgilius Ossaq; lecta cado texit Corynæus aheno. Et libro æneidos nono.
Emathiona Liger/Corynæum sternit Asilas.
Vgutio Corybantes cum c/& t exilibus/& y græco scribitur:nec a choro descendit/ut Corybãtes
Martialis Vgutio somniauit. Populi quidam fuerunt in Creta. Martialis.
Virgilius Et Cybeles picto stat Corybante tholus. Virgilius libro æneidos tertio.
Ouidius Et mater cultrix Cybeles/Corybantiaq; aera. Ouidius.
Hoc Curetes agunt/hoc Corybantes opus.
Cortina cum c/& t exilibus/& i latino scribitur:quod nõnulli græcum uolũt Cortina
esse uocabulum. Alii uero/latinum dicũt/a coriis tractum:ex quibus primo Cortyna
Seruius conficiebatur. Locus est/teste Seruio/unde oraculi præceptũ datur/ dicente Cortyn
Virgilius etiam Virgilio libro æneidos tertio. Gortyna
Plinius Mons circum emugire adytis cortina reclusis.. At uero Plinius li.xxxiiii.na
turalis historiæ/cortinam Apollinis tripodem appellauit. Ait enim. Ex aere
factitauere & cortinas tripodũ/nomine delphicas:quoniã ludis maxime del
Virgilius phici Apollinis dicabãtur. Iuxta quod dixisse uidetur Virgilius li.æneid.vi.
neq; te Phœbi cortina fefellit. Dicta est aũt cortina/teste Seruio super librum
Seruius tertium æneidos/uel ꝙ Apollinis tripus/corio Phytonis tectus est:uel quia
certa illic responsa traduntur:quasi certina:uel (quod est uerius)quia cor illic
uatis tenditur. Nam cauerna quædam fuit in templo Apollinis. hæc ille. Cor
Eustachius tyna cum c/& t exilibus/& y græco/& cortyn huius cortynis/teste Eustachio/
in recto/declinari põt. Vrbs est Cretæ:quæ a nonnullis/Græcorũ more/Gor
tyna scribitur. Nã apud Græcos cum g in initio γορτυνη scribi consueuit.
Cophinus cũ c exili/& i latino scribitur:nec ab hoc uerbo cauo cauas deriuat/ Cophinus
Rhabanus ut Vgutio/Rhabanus/Catholicon/somniarũt. Sed græcũ magis ẽ/uocabulũ:
Vgutio quod latine corbis transfertur. Et corripit mediã syllabã. Iuuenalis satyra.iii.
Iuuenalis Iudæis/quorum cophinus/phœnum/atq; supellex.
Cyanes/plenos & tempestatibus,utres.Lucanus libro secundo. Lucanus

Vt pagasaea ratis peteret quom phasidos undas/

Cyaneas tellus emisit in aequora cautes.Has instabiles fuisse ostēdit Ouidius/quom libro primo tristium/dixit. Ouidius

Transeat instabiles strenua Cyaneas.dicuntur autem Cyaneae nigrae .Nam

κύαρόν græce/latine nigrum interpretatur. Chione huius chiones cum ch aspirato/& i latino/proprium fuit mulieris nomen: cuius meminit Iuuenalis satyra tertia/dicens.

Iuuenalis

Et dubitas alta chionem deducere sella.

Calphurni⁹ Cerasus cum c exili/& unico r scribitur. Nam primam corripit syllabam. Calphurnius in bucolicis. — Cerasus, Cerasum

Ouidius — Dic age iam/cerasi tua cortice uerba notabo. Ouidius qui de nuce iscribitur.

Virgilius — Audiat hæc cerasus/stypes inanis eram. Virgilius georgicorum secundo.

Seruius — Vt cerasis/ulmisq;. Arbor est nota: cuius fructus/teste Seruio/cerasium dicit.

Ptolemæus, Plinius, Probus, Seruius, Aeschylus — Fuit etiam cerasus eadem litteratura/urbs ponti/testibus/Ptolemæus & Plinio: quam cum delesset Lucullus/genus pomi ide aduxerit: quod (ut Probus scribit/& Seruius) a ciuitate cerasium appellauit. Verum cum Seruio Probus fallitur. Nam cerasium uocabulum græcum est magis quam ex institutione Luculli/ut testis est Aeschylus tragicus/qui lõge ante Lucullum fuit/quom ait Ταχαδ·άρΤισ και κέράσια φάΤη Fortassis tamen & a Cerasunte opido (hoc enim modo declinatur/sicut Ammathus huius Amathuntis) Aeschylus ipse κερᾶσιον appellauit.

Chelido cum ch aspirato/& unico l/& i latino scribitur: a græcis autem χελιδῶν & apud nos hirundo transfertur: a qua chelidonia hærba cognominata est: quã teste Plinio libro. xxv. naturalis historiæ/nisui saluberimã hirũdines monstrauere/dum uexatis pullorum oculis/illa medentur. Macer de uiribus hærbarum. — Chelido, Chelidõia

Plinius, Macer

Indeq; nomen habet chelidonia: namq; chelidon

Dicitur hæc uolucris græcorum more uocati. Nec ab eo quod est cælum/chelido deriuatur/ut ridiculus somniauit Vgutio. Est etiam chelidonia eadem litteratura insula quædam Lyciæ adiacens/teste Ptolemæo.

Vgutio, Ptolemæus

Castor huius castoris cum c/& t exilibus scribitur: & corripit i obliquis sto syllabam: sicut hectoris/Thestoris/Nestoris/Actoris/Alcanoris/Antenoris/Protenoris/Agenoris/Nicanoris/Bianoris/& cetera græca prope plurima Horatius in epistolis. — Castor

Horatius

Romulus/& liber pater/& cum Castore Polus. Fuit gemellus Pollucis frater Est etiam castor animal brutum/græcum procul dubio uocabulum: etsi Seruius/Vgutio/Catholicon/a castro castras dictum tradant: ideoq; latinum ẽẽ. Iuuenalis satyra. xii. imitatus castora/qui se

Seruius, Vgutio, Iuuenalis

Eunucum ipse facit/cupiens euadere damno

Testiculorum/adeo medicatum intelligit inguen. Nam cum nulla sit dictio latina in obliquis omnibus una syllaba crescens/quæ formet accusatiuum singularem in a/sequitur græcam oĩo dictionem esse castora: nõ latinam. Vnde quod Græci κασΤοραс/latini fibros ponticos appellant.

Cista cum c exili/& i latino scribitur. Vasis est genus. & format per diminutionem cistula/& cistella/teste Varrone libro primo de analogia. Neq; a costa dscendit/ut cum Catholico Vgutio somniauit. Sed græcum ẽ uocabulũ: quod apud illos κισΤη scribitur. — Cista, Cistula, Cistella

Varro, Vgutio

Casius cum c exili/& unico s scribitur. Mons est in finibus Aegipti/iuxta Serbonidem paludem/teste Herodoto libro historiarum secundo: quẽ Plinius ob propinquitatem dixit esse in Arabia/non longe a pelusio Nili hostio: a quo/fit etiam Casius adiectiuum/dicente Lucano libro. x. — Casius, Casia, Casium

Herodotus, Plinius, Lucanus, Ptolemæus

Lucifer a Casia prospexit rupe. Ptolemæus autem/duos scribit huius nominis montes: unum in Syria: alium in mesopotamia. Casia eadem scriptura/frutex est: qui teste Plinio libro. xii. naturalis historiæ/iuxsta cinnami campos nascitur. Et primam/uti Casius/syllabam coripit. Persius satyra tertia.

Plinius, Persius

Hæc sibi corrupto casiam disoluit oliuo. Casium/locus est in Casiotide/teste Ptolemæo.

Ptolemæus

Virgilius — Calamus/& culmus/in uno significato accipi possunt/dicente Virgilio egloga secunda. — Calamus, Culmus

Aut fœtu pecorũ/aut cerealis mergite culmi. Calamus item/arundo eſt ma/
Virgilius gis minuta/habens internodia lõga/& recta:ex qua/ſagittæ apud diuerſas gẽ
tes fiebant. Quod Virgilius tetigit/quom in Damœta ait.
Daphnidis arcum
Plinius Fregiſti:& calamos. Nam (ut ſcribit libro .xvi. naturalis hiſtoriæ Plinius)
populi oriẽtis calamis bella cõficiũt:& ſpicula illis addũt irreuocabili hamo.
Eſt etiam calamus Virga/cui hamus filo longo ligatur/ad capiendos piſces:
Martialis quin etiam ad capiendas aues/calamus uiſco linitur. Vnde Martialis ait.
Galbula decipitur calamis/& rætibus ales/
Turget adhuc uiridi quom leuis uua mero. Calamus item/pẽna ſcriptoris di
Vgutio citur. Nec a caleo cales calamus deducitur/ut Vgutio ſomniauit.
Vgutio Cento cum c & t exilibus ſcribitur:nec a centum deſcendit/ut Vgutio ſomnia/ Cento
uit:ſed græcum magis eſt uocabulum:& a κεντῶ/quod eſt pungo deriuatur/ Cẽtũculus
Euſtachius auctore Euſtachio. Fit autem cento ex diuerſorum colorum pãnis/ uel lanis
Iuuenalis in unum condenſatis atq; conſuetis. Iuuenalis ſatyra tertia. Centos
Intrauit calidum ueteri centone lupanar. Hinc Homerocentones/& Virgilio
Auſonius centones/dicti ſunt:quales fecit Proba Falconia. Et Auſonius non infeſtiuus
pœta de Virgilii uerſibus nuptialem centona concinnauit:& quid ſit huiuſ/
modi cento/ſic diffinit/dicens ad Paulum. Etſi pateris ut doceam docendus
ipſe/cento quid ſit/ abſoluam. Variis de locis/ſenſibuſq; diuerſis/quædã ſtru/
ctura ſolidatur in unum uerſum/ut cœant:aut cæſi duo:aut unus/ & ſequens
cum medio. Nam duos iuncti locare/ineptum eſt. Centonas/& cilicia/in uſũ
Marcellus caſtrorum accipit Marcellus/ex uerbis Siſennæ/ libro hiſtoriarum quarto
Siſenna hæc ſcribentis. Propius aceto madefactis centonibus integuntur:quos ſupra/
Cato perpetua claſſi ſuſpenſa cilicia obtenduntur. Cato autem in re ruſtica/ dum
nouos fieri centones præcipit/& alibi/emendos centones/& ſculponeas di/
Macrobius cit/ſignificare ruſticum ueſtimentum uidetur. Similiter & Macrobius/dũ ſcro
Ptolemæus fam ſub centonibus iacere ſcribit. ruſticam eſſe ueſtem centona demonſtrat.
Et a centõe fit per diminutionem centũculus. Centos/uila ẽ fœlicis Arabiæ/
teſte Ptolemæo.
Colaphus maſculino genere/& colaphum (ut quidam uolunt) neutro/declina Colaphus
Gaſparinus ri poteſt. Nec cum duplicato l ſcribitur/ut ſcribi præcipit Gaſparinus:ſed po Colaphũ
Vgutio tius cum unico:cum primam corripiat ſyllabam. Nec ab eo quod eſt collum
Gaſparinus deſcendit/ut cum catholico Vgutio ſomniauit. Quin nec ab eo qui eſt cola/
phus/colaphizo uerbum formatur/ut Gaſparinus ipſe tradidit:ſed potius a
Terentius κολαφίζω/quod eſt/alapam incutio/colaphus deriuatur. Terentius. Plus qu
Sedulius gentos colaphos infregit mihi Sedulius.
Iuuenalis Et colaphis pulſare caput:uel cædere palmis. Iuuenalis.
Nos colaphum incutimus lambenti cruſtula ſeruo. Colaphum item/ lotium
dicitur. Calydon
Strabo Calydon cum unico l/& y græco ſcribitur. Ciuitas eſt Aetolorum/teſte Strabo Calydonia
Lucanus ne libro decimo/quam fluuius ſecat/Euenus nomine/dicente Lucano libro Caledon
ſexto.
Euenus Calydona ſecat. hæc & Calidonia dicitur. Caledon cum unico l/ſe/
Plinius quente e/inſula eſt Britãniæ/ut refert Plinius libro quarto naturalis hiſtoriæ.
Lucanus Lucanus libro præfato. Circiter
Caper Vnda Caledonios fallit turbata Britannos. Circum
Circiter/circum/circa (ut caper tradit) hoc diſtant:q; circiter ad numerum/cir/ Circa
Caſius cum ad locum/circa ad tempus refertur. Sed & ad tempus nonnunq̃ circiter Cõcordor
refertur:ut circiter calendas:quin etiam ad locum. Caſius Hemina. Lapidem Cõcordo
fuiſſe quadratum circiter in medio arcæ iunctum/candelis quoq; uerſum. Caper
Probus Concordor commune eſt uerbum/teſte Probo. Comperitur tamen etiam cõ Caprus
cordo concordas. Vnde in legenda ſancti Vincentii legitur. Tu ſolus ad mea Capra
uota concordas. Caprea
Probus Caper/& caprus/i recto decliari põt/teſtibus Probo/& Beda ſup Donati artẽ: Capreolus

Beda & habet fœmininum capra: quæ (ut idem Probus tradit) in datiuo plurali, & Capreæ
Probus ablatiuo, facit caprabus. Sunt tamen, qui capris, q̄ caprabus, malunt esse dicē-
dum. Caprus item, fluuius est Assyriæ in Tigrim fluens, teste Ptolemæo. Ca-
Ptolemæus prea, siluestris est capra. Virgilius libro æneidos decimo.
Virgilius Conspexit capream: & surgentem in cornua taurum. Et a caprea, fit diminu-
Virgilius tiue capreolus, penultima syllaba correpta. Virgilius egloga secunda.
Caprioli sparsis etiam nunc pellibus albo. Capreæ plurali tantum numero
Iuuenalis declinatur, dicente Iuuenale. & grādis epistola uenit
Ptolemæus A Capreis. Insula est in Tyrrheno mari, teste Ptolemæo.

Carpentum, græcum non est (ut quidam putant) uocabulum: sed latinum: nec Carpentū
Vgutio tamen a carpo carpis deducitur, ut Vgutio somniauit: sed a carmenta Euan-
drí matre, dictum est: ita ut carpentū dicatur, quasi Carmentum, m in p muta-
Ouidius to. Quod etiam confirmat Ouidius libro fastorum primo, sic dicens.
Nam prius Ausonias matres carpenta uehebant:
Nec quoq; ab Euandri dicta parente reor. Genus est uehiculi.

Vgutio Carmenta, latina dictio est: non græca: nec tamen a carpo carpis descendit, ut Carmenta
Plutarchus Vgutio somniauit. hanc teste Plutarcho in uita Romuli, nonnulli Arcadis Carmentis
Euandri fuisse matrem arbitrantur, rerum (ut ait) futuram admonitricē: quæ
Phœbo dedicata, carnibus oracula significabat: unde dicta est Carmenta. Nā
græce Nicostratæ ei nomen fuit. Quod autem Arcadis mater fuerit, confir-
Ouidius mat Ouidius dicens libro fastorum primo.
Seruius Hæc quoq; ab Euandri dicta parente reor. Alii (ut scribit Seruius) Carmentā
dictam putant, quasi careat mente. Alii, teste eodem Seruio, non a carmini-
bus Carmentam, sed a Carmenta, carmina dicta esse uoluerunt. Hæc & Car-
mentis uocatur.

Cossus cum duplicato s scribitur. Genus est uermis, ligno editi: ad cuius simili- Cossus
Pompeius tudinem, rugosi corporis homines, auctore Pompeio, cossi dicebantur. Co- Cosæ
Virgilius sæ pluralis tantum numeri, cum unico s scribitur: cū primam corripiat sylla- Cosa
bam. Virgilius libro æneidos decimo. Cosus
Ptolemæus Quiq; urbem liquere Cosas. urbs est Tusciæ, testibus Ptolemæo, & Seruio: Cosas
Seruius quæ (ut idem ait Seruius) apud Salustium singulari numero Cosa legitur. Est
Salustius etiam eodem nomine Cosa, urbs Indiæ, teste Ptolemæo. Cosus, insula est in
Ptolemæus Rhodiaco, siue Carpathico pelago, & eiusdem nominis ciuitas in ea, ut idē
Ptolemæus Ptolemæus ostendit. Cosas fluuius est prope Frusinonem Italiæ urbem flu-
Strabo ens, teste Strabone.

Strabo Cattæ cum c non aspirato, & duplicato t exili scribitur. Populi sūt Germaniæ, Cattæ
Ptolemæus testibus Strabone, & Ptolemæo. Catta eadem scriptura, genus est piscis: de Catta
Martialis quo Martialis. Cattus
Tortellius Pannonicas nobis nunq̄ dedit Vmbria cattas. Cattus etiam cum geminato t Catus
Gasparinus scribitur a Tortellio & Gasparino: & a καυστος græce, quod latine incensū
Virgilius significat, dictus est. Nam ardentes, prudentes dicimus: sicut econtra, segnes
Nonius ignauos, quasi sine igni, imprudentes appellamus. Vnde Virgi. li. ænei. i. ait.
Instant ardentes Tyrii: idest prudentes: quod Nonius exponit festinantes.
Ausonius Catus cata catum, cū unico t scribitur: nam primā corripit syllabā Ausonius.
Iuuenalis Doctus hylas cæstu: phegyas catus arte palæstræ: idest prudens, uel sapiens.

Crocus, & crocum, declinari pōt: & cum c exili utrobiq; scribitnr. Iuuenalis. Crocus
Plinius Spirantesq; crocos. Plinius libro. xxi. naturalis historiæ. Est quoq; uis expres- Crocum
si unguenti crocino: quod crocomagon appellant. Habet suas utilitates con- Crocinum
tra suffusiones oculorum. Vrinas magis excalefacit, q̄ crocum ipsum optimū Crocoma-
Virgilius Virgilius georgicorum quarto. gon
Propertius Et glaucas salices, casiamq; crocumq; rubētem. Crocinum mediam corripit
syllabam. Propertius.
Et crocino nares murrheus ungat onyx. Sunt tamen qui solum pro flore cro-
cum masculino genere uolunt declinari debere.

Cariota huius cariotæ/& cariotis huius cariotidis/declinari poteſt:& cũ c/& t Cariota
Plinius exilibus/& i latino ſcribitur:& a καρα:quod eſt caput/deducitur Species eſt Cariotis
Strabo palmarum/teſtibus Plinio/& Strabone li.ultimo.Martialis.
Martialis Aurea porrigitur Iani cariota calendis.Idem.
Martialis Hoc linitur ſputo/Iani cariota calendis. Idem.
Martialis Hinc & multiplices ſtruit tabellas:
Papinius Et notas cariotides theatris.Papinius in ſiluis.& latente palma.
Prægrandes cariotides cadebant.

Homerus Circæi plurali numero declinatur:ſicut Volſcini.Opidum fuit Campaniæ ſu Circæi
per monte/qui teſte in odyſſea Homero/Circæus uocatur/ſitum: quod etiã Circæus
Liuius hoc Circæum(pro oppido intelligas)ut oſtendit Liuius/declinari poteſt: Circæum
Horatius cuius oppidani/etiam Circæi dicti ſunt. Horatius. Circe
Iuuenalis Oſtrea Circæis/Miſſeno oriuntur echini.Iuuenalis.qui Circæis nata forent/ Circeis
Priſcianus an Lucrinum ad ſaxum.Priſcianus in perihegeſi.
Poſt hoc Circæi:iuxta quos Euxinus altis.Et cum c exili utrobiq;/& i latino/
& æ diphthongo ſcribitur.Circe cum c exili utrobiq;/& i latio/Solis/& Per
ſæ nymphæ/filia fuit:a qua/Circæum oppidum demoniatum eſt.Cerceis cũ
Heſiodus c exili utrobiq;/& e in prima/& media ſyllaba/ abſq; æ diphthongo/fuit
Oceani/& Tethyos filia/teſte Heſiodo in theogonia.

Culus cum unico l ſcribitur:& a κωλοσ/quod Græci dicunt/deriuatur:nõ aũt Culus
Papias ab eo qui eſt currus:quia ſcilicet per culum interiora diſcurrant/ut Papias/& Coleus
Homerus Catholicon/ſomniarunt. Culeolus
Coleus cũ unico l ſcribitur:cũ primã corripiat ſyllabã. Homerus li.iliados.i. Culullus
ἕλκετο δ᾽ ἐκ κολεοῖο μέγα ξίφος ἧλθε δ᾽ ἀθήνη.Nonnunq̃ tamen Græci mu Culeolus
tant o in u:& dicunt κουλεοσ:& tuuc prima apud illos ſyllaba producitur/ Culeolum
ea ſcilicet rõne/quam ſuper regulam/L curtam facit o/libro ultimo clarius Culeola
Homerus edocebimus.Quod ẽt obſeruauit Hõerus libro iliados præfato/quom dixit.
Iuuenalis ἂψ δ᾽ ἐσ κουλεον ὦσε μέγα ξίφοσ οὐδ᾽ ἀπίθησε.Hũc imitatus eſt Iuuenalis.
dicens.
Cuius ſupplicio non debuit una parari
Virgilius Simia:nec ſerpens unus:nec culeus unus. Simili modo protulit Virgilius/
quom in priapea ait.
Gaſparinus Et quod nos culum/culeon ille uocat.Scribitur coleus/uel culeus/cum unico
Tortellius l:etſi Gaſparinus/& Tortellius/cum duplicato l ſcribi præcipiãt:nec a clau
Vgutio do claudis deſcendit/ut cum Catholico Vgutio ſomniauit.Et apud nos uagi
Martialis na tranſfertur. Sed & pro teſticulis coleos/& culeos dicimus.Martialis.Cum
depilatos chreſte culeos portas.Sed apud Iuuenalem pro quodam utre/in
quo ſceleſtiſſimi claudebantur cum ſimia/ſerpente/& gallo/accipitur:quæ
nihilominus & uagina dici poterat.Et format culeus per diminutionem cu
leolus:qui etiam & culullus/teſte Acrone ſuper artem pœticam Horatii.Po
Acron nitur autem culullus pro quodam poculo fictili.Horatius in arte pœtica.
Horatius Reges dicuntur multis urgere culullis.hoc culeolum etiam a culeo diminu/
Feſtus tiuum eſſe uidetur.Vnde Feſtus ait.Culeola/cortices nucum uiridium ſunt/
dicta a ſimilitudine culeorum:quibus uinum/ſiue oleum continetur.Hæc fœ
Vgutio minino genere Vgutio culeolas appellat.Nam & a Culeo/hæc culeola fœ/
minino genere/Vgutio ipſe per diminutionem formari tradit.

Caper Cardo/maſculini/& fœminini generis eſt/teſtibus Capro/Probo/Priſciano. Cardo
Probus Gracchus in talento.O grata cardo regium ingreſſum indicans. Virgilius. Confugiũ
Priſcianus aut tanto ceſſabit cardine rerum. Confugela
Gracchus Confugium/& confugella/in uno ſignificato dici põt/auctore Pompeio. Cãtharis
Virgilius Cantharis huius cantharidis cum c exili/& th aſpirato/& hæc cantharida ab Cantharida
Pompeius accuſatiuo græco formata/declinari/in recto poteſt.Genus eſt uermis terrei. Cantharus
Ouidius Ouidius in ibim.
Cantharidum ſuccos dante parente bibas.Cantharus eadẽ ſcriptura/genus
Virgilius eſt uaſis:de quo Virgilius in Sileno.

Et granis attrita pendebat cantharus/ansa.canthari etiam uocantur/p quos
Vlpianus aquæ saliunt/teste Vlpiano de legatis primo.
Condictio cum ct/a condico condicis descendit:& est/in diem certum rei quæ Condictio
Festus agitur denuntiatio/ut scribit Festus. Sed & pro pactione/seu electione poni Conditio
Terentius tur:ut est apud Terentium. Amatores chrysidis tulerunt mulieri cōdictionē/ Condicio
si uellet eis morem gerere/se daturos illi pecuniam/liberalemq; mercedem.
Ipsa uero accepit condictionem:hoc est/pactioni.promissioniq; assensit. Cō
ditio absq; c/di syllaba correpta/dicitur proprie fortuna/uel sors. Cicero. O
Cicero miseram conditionem administrandi consulatus. Nam homo bonæ condi/
tiōis/nō is apud antiquos dictus ē/qui mãsuetus/& bonæ naturæ fuerit:cū il
lum potius uocarent mansueti/ac boni ingenii. Conditio absq; c/di syllaba ꝓ
ducta/a condio condis deriuatur:& dici potest condimentum. Posset etiam
formari condicio cū c absq; t/ex con/& dicio dicionis:& tunc di syllaba cor/
Virgilius ripitur. Virgilius libro æneidos primo.
Qui mare/qui terras/omni diciōe teneret.

Nestoris Dionysii Nouariensis liber tertius fœliciter incipit.

Damno damnas uerbum accusatiuum regit a parte post:& post Damno
accusatiuum genitiuum/uel ablatiuum. Simili quoq; modo/
omnia uerba ad damnationem/accusationem/reprehensio
nem/monitionem pertinentia/cum accusatiuo/& post cū geni
tiuo/siue ablatiuo iunguntur:ut moneo te tui officii/ uel tuo.
Moneo tamen/etiam duos accusatiuos regit diuersos. Est aūt
Marcellus damnare(ut interpretatur Marcellus)damno afficere:exhæredare necessita/
Tullius te constringi:morti dare. Tullius in Verrem. homo uita/atq; factis/omnium
Virgilius iam opinione damnatus. Virgilius libro æneidos quarto.
Nondum illi flauum Proserpina uertice crinem
Virgilius Abstulerat:stygioq; caput damnauerat orco. damnare item pro liberare po
Cicero nitur. Virgilius in bucolicis.
Damnabis tu quoq; uotis:idest liberabis.
Cicero tusculanarum primo. Rerum naturā q̄ errorem damnare maluimus
nostrum:idest liberare.
Seruius Danubius cum unico n/& danubium/declinari pōt. Seruius. Ister fluuius Scy/ Danubius
Festus thiæ est:qui & Danubius nominatur. Festus. Adubanum/danubium. Salusti Danubium
Salustius us. Nomenq; danubium habet/ut ad Germanorum terras attingit. Adubanum
Plautus Decimus cum i/& decumus cum u/enuntiari pōt. Plautus in Amphitryone. Decimus
Macrobius Alter decumo post mense nascetur puer. Macrobius in saturnalibus. Inueni Decumus
iocos ueterum uirorum/edecumatos ex multis libris.
Priscianus Delphis & delphin/in recto/declinari potest/testibus Prisciano/& Seruio. Delphis
Seruius Delphi/tam pro oppido/q̄ pro oppidanis/plurali tantum numero declina Delphin
tur:sicut Rubi. Volscini:Gabii:Leontini:Fundi:Thurii:Circœi:Sturni:Arpi: Delphi
Argi:Pyrgi:Puteoli:Calsioli:Scupi:Phylippi. Stobi:Gomphi:Vcibi/Simi/ Delphin
sthi:Apari:Cobii:Nicii:Onii:Ombi:Mori:Adari:Aeni:Hirpini:Adani:Po Delphinus
lybii:Malichi:Zenobii:Cuni:Argari:Coli:Procuri:quæ ferme omnia apud Delphini
Lucanus Ptolemæū inuenies. Delphi/ēt delphinus/i recto/ꝓ pisce/dici pōt Lucanus.
Virgilius Nec placet incertum qui prouocat æquora delphin. Virgilius.
Iuuenalis Orpheus in siluis/inter delphinas Arion. Accusatiuus græcus pluralis est.
Iuuenalis satyra quarta.
Quanto delphinis balæna Britannica maior. Idem satyra sexta.
Iuuenalis Consulit āte falas/delphinorūq; colūnas. Delphini/populi qdā sūt Liguriæ.
Varro Denso densas prima/& denso densis tertia coniugatione/declinari potest. Denso
Lucanus Varro in mysteriis. Sed tibi fortasse aliquis molit/& densit. Lucanus.lib.iiii. Denseo
Densaturq; globus/quantum pede prima relato. Denseo denses secundæ
Virgilius coniugationis/& neutrale/& transitiuum est uerbum. Virgi. georgi. primo.

Virgilius & Iuppiter humidus austris Denset erant quæ rara modo. Idem li. æneí .x.
Priscianus Postremi addēsent acies. Quæ oia nihilominus & ipe Priscianus ānotauit.
Priscianus Duro duras prima/& duro duris tertia coniugatione/declinari pōt/teste Pri/ Duro
Virgilius sciano. Virgilius. Dureo
Virgilius Durate:& uosmet rebus seruate secundis. Idem georgicorum tertio.
Lucanus & uulnera durat. Lucanus libro .v. nam cetera damna
Solinus Durata iam mente malis/firmaqꝫ tulerunt. Solinus de mirabilibus. Lapis iste
Priscianus in aqua mollis est:humo durat exemptus. Est aūt durare/perseuerare:sustine
Lucanus re:durescere.
Virgilius Dureo dures secundæ coniugationis/& neutrale uerbum est:& transitiuum/
Virgilius teste eodem Prisciano. Lucanus libro quarto. totosqꝫ induruit artus. Virgili.
Stiriaqꝫ impexis induruit horrida barbis.
Diana cum i latino scribitur:& primam syllabam indifferentem habet. Virgi Diana
Virgilius lius libro æneidos primo. Dictynna
Exercet diana choros. Idem libro æneidos septimo. Dictyinnus
Ipse deum antiquam genitor Calydona dianæ. Fuit Iouis filia:quæ a creteñsi Dianœa
bus lingua Græca/ dicta est Dictynna cū i latino in prima/& ct exilibus/& y Dione
Tibullus græco in media syllaba/& duplicato n. Vnde Tibullus i elegia ad priapū/ait. Dion
Diodorus Perqꝫ suas ipune finit dictynna sagittas. Quare & mons/ubi sua fuit dictyn/
næ aedes/dictynnus modo consimili uocatus est. Dictynna/urbs est ī Aegy
pto:a qua/nonnulli dianam dictam esse dictynnam uolunt. Vnde Diodorus
ait. Afferunt quoqꝫ superioris Herculis operum/ipensiqꝫ honoris/i Aegypto
uestigia esse:& ab eo conditam ciuitatem Britomartē:quam dictynnā dicunt.
Et paulopost. Consuetudine dianæ utebatur:quod causam præbuit/ut quidā
dictynnā/dianamqꝫ/eandē esse existimarent. Alii dixerunt dictynnam lunā.
Vnde Virgilius ad Messalam. alii quo notior esses/Dictynnam dixere tuo de
Virgilius nomine lunam. Dianœa cum i latino/& œ diphthōgo/dicitur a nostris mēs/
siue intellectus. Vnde etiam ab oratoribus pro quadam figura ponitur:quæ
Quītilianus sensū magis q̄ uerba designat/dicente Quintiliano libro primo. Figuras quæ
qꝫ lexos/quæqꝫ dianœas uocant. Dione huius diones cū i latino/fuit Occeāi/
Hesiodus & Tethios filia/teste Hesiodo in theogonia:ac Veneris mater:ut Lactantius
Lactantius grammaticus testatur/& Seruius:a qua/Venus ipsa/etiam dione cognomina
Seruius ta est. Claudianus de raptu Proserpinæ. sic Venerem quærat deserta Dione.
Claudianus Pro Veneris matre hic ponitur. Pro ipsa aūt Venere Diones filia/Ouidius li
Ouidius bro fastorum quinto.
Syllius Hippolyte infœlix uelles coluisse Dionem:hoc est Venerē. Syllius libro. xiiii.
Numen erat cellæ puppis uicina Dione. Dion cū i latino/ꝓpriū fuit uiri nom̄.
Probus Dies(ut tradit Probus)fœminini tantum generis est. Nam (ut ait) nullū inueni Dies
tur nomen masculini generis:quod habeat ablatiuū singularem in e produ/ Meridies
ctum. Tam parua in re/q̄ uehementer Probus errauit. Teste enim Prisciano/ Diecula
Priscianus cæterisqꝫ grāmaticis/tam masculini/q̄ fœminini generis/dies est. Lucanus li/ Diarium
Lucanus bro secundo. pro fata/quis ille/
Virgilius Quis fuit ille dies? Virgilius libro æneidos quarto.
Priscianus Ille dies primus lœti/primusqꝫ malorum
Terentius Causa fuit. Meridies tamen/masculini tantū generis est/teste Prisciano. Terē
Donatus tius in adelphis. Præterea meridie ipso faciam ut stypulā colligat. Vbi Dona
Nonius tus ait. Meridiem dixerunt ueteres/quasi medidiem:idest medium diem. Sed
Varro (ut scribit Nonius/Varronis auctoritate frætus)non medium diem/tantum/
Gellius uerum etiam mediam noctem/meridies designare habet. Dies facit in geniti
Cæsar uo diei:ac etiam dii/teste Gellio libro octauo noctium atticarum:necnon &
Casellius die/teste Cæsare libro de analogia:quin etiam & dies:ut testis est Casellius:
Virgilius quæ omnia nihilominus exemplis comprobabimus. Virgilius.
Salustius Munera læticiaqꝫ dii/pro diei:ubi iperitiores legunt dei. Salustius ī Iugurtha.
Virgilius Vix decima parte die/pro diei. Virgilius georgicorū secundo. Libra die/som
Cicero niqꝫ pares ubi fecerit horas. Cicero ꝓ Sextio. Eqtes ñ daturos illi⁹ dies pœnas

Ennius hoc ē illius dici pœnas non passuros. Ennius. xvi. ānalium. Postremæ longin/
Marcellus qua dies cōfecerat ætas/ꝓ postremæ diei. Dies facit in ablatiuo singulari/die
Plautus uel diu/teste Marcello. Vnde Plautus in aularia/ait. Nec nocti/nec diu/ quie
Salustius tus unq̄ eā. Salustius/diu/noctuq;/labora. Quod tamē Seruius super primū
Seruius georgicoꝝ/dicit esse aduerbiū. dies format p diminutionē diecula/teste Pri
Priscianus sciano. Quod tantū pro paruo tpe Asconius Pædianus/& in Terentiū Do/
Pædianus natus/intelligi uolunt. Sane teste Gellio/quidā (inter quos Iginus) uoluerūt/
Donatus quom diē fœminino genere dicimus/tēpus significare: masculino aūt/ diem
Gellius ipm. Quibus nos Marcello adhærentes cōtradicimus. Nam & fœminino ge
Iginus nere dici posse ꝓ ipso die Marcellus affirmat. Vnde & Pacuuiū īducit in do
Marcellus lereste dicentem. Gnatam despondit: nuptiis hanc dat diem. Et Virgilius li
Pacuuius bro æneidos secundo/ait.
Virgilius Ergo dies infanda aderat mihi sacra parari. Item Ouidius libro fastorū. v.
Ouidius Nona dies aderat/quom tu iustissime Chiron
Horatius Bis septem stellis corpore cinctus eras. Diarium/uictus dicitur quottidianus.
Martialis Horatius: Cum seruis urbana diaria rodere mauis. Martialis.
Sed lupus usuram/puerią; diaria poscunt. Diarium item/librum uocabant/
Gellius in quo res quottidianæ continebantur/teste Gellio.
Diespiter cū i latino utrobiq; scribitur: & Iuppiter dictus est/quasi diei pater. Diespiter
Priscianus Et facit in genitiuo diespistris/uel diespiteris/teste Prisciano. Macrobius in
Macrobius saturnalibus. Ipsi quoq; Romani diespitrem Iouem appellabant. Dico
Marcellus Dico dicis tertia/& diceo dices secunda coniugatione/teste Marcello/ueteres Diceo
Næuius protulere. Vnde & Næuiū inducit dicentē. Primā qđ dicebo/recte: secundū Dictū
Ouidius qđ dicebo/eo melius. Et ꝓducit primā syllabā. Ouidius libro tertio de pōto. Dictus
Hoc duce prædico/uaticinorq; deo. Et a dictum supino/fit hoc dictū quod
dr̄ (Vgutionis uerbis utar) & hic dictus huius dictus/actio ipsa/uel passio di
Virgilius cendi. Dico dicas primæ coniugationis/primam corripit syllabam. Virgili/
Gellius us Coniugio iungam stabili: rpopriamq; dicabo.
Priscianus Dignor/cōmune est uerbū/testibus Gellio libro. xv. noctiū atticarum/& Priscia Dignor
Virgilius no. Dicimus enim. Dignor te: & dignor abs te. Virgilius libro æneidos tertio. Digno
Virgilius Coniugio Anchise Veneris dignate superbo: idest dignus habite. Idem libro
Tullius æneidos primo. Haud equidem tali me dignor honore. Tullius in œconomi
co. Homo ex eo numero hominum/qui apud nos hoc noīe dignantur: idest
Diomedes digni habentur. Verum (ut Diomedes scribit/ & Nonius) etiam digno di
Nonius gnas ueteres protulerunt. Vnde & Pacuuium referunt dixisse in Hermiona.
Pacuuius Cum neq; aspicere æquales dignarēt eius. Dignus ablatiuo iungitur/& geni
Plautus tiuo. Plautus in trinu. Non ego sum dignus salutis. Virgi. li. æneidos. xi.
Virgilius Discedam magnorum haud unq̄ indignus auorum. Valerius Flaccus li. viii.
Valerius Solaq; tantarum uirgo haud indigna uiarum. Duricia
Duricia/& duricies/in uno significato accipi possunt. Simili modo/duritas/& Duricies
Gellius duritudo/in eadem significatione usurpantur/teste Gellio libro decimono/ Duritas
Cato no. noctium atticarum. Cato. Qui illius imprudentiam/qui norat duritudinē Duritudo
Didyme huius didymes cum i latino in prima/& y græco in secūda syllaba scri Didyme
Ptolemæus bitur. Insula est in mari. Siculo/una ex Aeoliis/teste Ptolemæo. de qua memi Didymæ
Ouidius nit Ouidius libro metamorphoseos. vii. dicens. Didymus
At non Olearos/didymeq;. Didymæ pluralis numeri/eadē scriptura/& cum Didymi
Ptolemæus æ diphthongo in ultima syllaba/insulæ sunt Aphricæ/& Aegypto adiacent/ Dindymus
ut idem Ptolemæus ostēdit. Didymus eadē scriptura/proprium fuit uiri no
men. Didymi eadem scriptura/montes sunt fœlices Arabiæ/ut testis est Pto
Ptolemæus lemæus. Dindymus cū i latino in prima syllaba/sequente n/& y græco in se/
cunda/in singulari numero/masculini generis est: in plurali uero/neutri/etsi
Tortellius Tortellius plurali tm̄ numero declinari præcipiat. Ouidius li. fastoꝝ quarto.
Propertius Dindymon/& Cybelen & amœnam fontibus Idam. Propertius.
Catullus Dindymus/& sacra fabricata inuenta Cybelle. Catullus.
Virgilius Dea magna/dea cybele/dea domina dindymi. Virgilius libro æneidos

nono.ite per alta Dindyma. Mons est Phrigiæ/teste Seruio.

Priscianus Diues(ut Priscianus/Vgutio/Brito/Mammotrectus/Alexander/Catholicon/ tradidere)substantiuum est:& communis generis. Sed cũ habeat accusatiuũ singularem/diuitem/& diues/constat adiectiuum esse trium generum. Hieronymus in epistola ad Nepotianum de uita clericorum. Diues Dis
Vgutio
Alexander
Hierõymus
Ouidius Nemo mihi obiiciat diues illud in Iudæa templum. Ouidius li.i.de arte.
Addidit externo marmore diues opus. Huius comparatiuus gradus/est/diuitior/& diuitius. Ouidius libro tertio de ponto.
Ouidius
Martialis Textaq; fortuna diuitiora sua. Martialis.
Priscianus Romanum propius/diuitiusq; forum est. Diues genitiuo/& ablatiuo iungit/teste Prisciano. hic & hæc dis/& hoc dite/idẽ significat/quod & diues. Quod
Priscianus (ut dicit Priscianus)hic & hæc ditis/& hoc dite/declinari deberet.
Marcellus Dito ditas/& diuito diuitas/dici potest/teste Marcello/Accium inducente dicẽ Dito
Accius tem in Astyanacte. Nil credo auguribus/qui aures uerbis diuitant alienas: Diuito
suas ut locupletent domos. Diteo dites/neutrale uerbum est:unde fit ditesco. Diteo
Dextera/& dextra/in recto dici põt. Et facit in datiuo plurali/& ablatiuo/dex Dextera
Nonius tris:uel antiquorum more dextrabus/ut scribit Nonius. Vnde & Laberiũ re/ Dextra
Laberius fert dixisse in odyssea. deq; manibus dextrabus.
Dogma huius dogmatis/& hoc dogmatum/& hæc dogma huius dogmæ/de Dogma
Priscianus clinari põt/teste Prisciano/Laberium inducente dicentem. Nec phirago reã Dogmatũ
Laberius dogmam doctus. Neq; a doceo dogma descendit/ut Vgutio/& Catholicõ/
Vgutio somniarunt:sed a δοκῶ/quod est sentio. Nulla enim latina comperitur dictio/terminata in a/quæ neutri possit esse generis/tertiæ declinationis:ut au
Priscianus ctor est Priscianus. Quare non latinum/sed græcum est dogma uocabulum.
Sane nonnulli dogma/disciplinam/seu doctrinam/interpretati sunt. Nos ãt
Cicero dogmata/scita/decreta/placita/atq; consulta/significare dicimus. Vnde Cice
Seneca ro in Academicis/philosophorum decreta conquirens/atq; expendẽs/dicit/dogmata/latine appellari decreta. Seneca in.xvii.epistolarũ moraliũ/quom
Plutarchus differre docet decreta philosophorum/a præceptis/dogmata iterpretatur latine decreta/scita consulta/atq; placita. Vnde Plutarchus græce quæ alii dogmata dicunt/ille τὰ ἀρεσκομενα/hoc est latine placita/dixit. Idẽ de dogmate
Apulegius Platonis sentit/& interpretatur Apulegius. Sũt igitur dogmata uniuscuiusq;
Cicero decreta:quæ secundum Ciceronis sententiam/prodere/scelus est non minus/
Laertius q̃ patriam:& quibus non stantibus/philosophornm sectæ/nec uim/nec locũ
Martialis seruant. Vnde Laertius dicit/sectã eam non appellari/quæ dogmata non habet Martialis ad Papilum.

Tu qui sectarum uires/& pondera nosti/
Martialis Dic mihi præcidi papile dogma quid est. Idem.
Quod magni Thraseæ/consummatiq; Catonis
Dogmata sic quæris/uiuus ut esse uelis.

Vgutio Daps fœminini generis ẽ:nec a do das deducitur/ut Vgutio/& Catholicõ/som Daps
Festus niarunt. Sed auctore Festo/a græco tractum est:quod apud illos δαισ scribi Dapes
Festus tur. Et(ut idem scribit Festus)apud antiquos daps dicebatur res diuina/quæ
Nonius fiebat aut hyberna sementi/aut uerna. Verum(ut tradit Nonius) non tantũ opiparos apparatus/aut relligiosos/dapes signare habent:sed etiã uitabiles
Virgilius quãdoq;/& infames cybos/dicente Virgilio.
Vgutio Dapibus/uinoq; sepultis. Idem in bucolicis.
Quas illi philomela dapes/quæ dona pararit. Vgutio declinat hæc daps/uel dapes/in recto. Diacon Diaconus
Dacon cum i latino/& c exili/& diaconus/ĩ recto decliari põt. Simili modo/ subdiacon/subdiaconus:hypodiacon/hypodiaconus:archidiacõ/archidiaconus. Diaconiũ/ꝑ ordine/uel dignitate diaconi põitur:q & diaconatꝰ dr̃. Diaconium Diaconatus Discors
Priscianus Discors/& hic & hæc discordis/& hoc discorde/teste Prisciano/antiq declinauere. Vnde & Põponiũ refert ꝓtulisse. Blãda/fallax supba/ipotẽs discordis. Discordis
Pompeius Discordia
Nonius Discordia/& discorditas/i uno significato accipi possũt/teste Nõio:q & pacuuiũ Discorditas

Pacuuius	refert dixiſſe in Hermiona. Quantāq; ex diſcorditate cladē iportē familiæ.	Dano
Pompeius	Dano danis/pro do das/ueteres dixerunt/teſtibus Pompeio/& Marcello. Vn/	Do
Marcellus	de & Plautus ait in pſeudulo. Cui ſeruitutem dii danunt lenoniam.	Differentia
Plautus	Differentia/& differitas/in uno ſignificato accipi poſſunt/teſte Nonio/ dicen	Differitas
Nonius	te Lucretio libro.iiii. Tantaq; in his rebus diſtantia/ differitaſq; eſt.	Doleo
Lucretius	Doleo doles hoc modo conſtruitur. dolet mihi caput: doleo uentrē: doleo tuā	Dolo
Terentius	miſeriam. Terentius. dolet dictum aduleſcenti. Hieronymus in libro quarto	
Hierōymus	regum capitulo quarto. Ait puer patri ſuo. Caput meum doleo. Saluſtius in	
Saluſtius	Catilina. Quaſi dolens eius caſum. Dolo dolas primæ coniugationis/ facit ī	
	præterito dolaui/in ſupino dolatum. Antiqui etiam dolo dolis tertia coniu	
	gatione declinauere: cuius præteritum eſt dolui/idem quod a doleo: ſupinū	
Varro	dolitum. Vnde Varro referente Nonio/dixit in Agathone. Scyphus dolitus	
Nonius	artē oſtēdat mētoris. Et tā doleo/q̄ dolo/primā corripit ſyllabā. Propertius.	
Propertius	Stypes acernus eram properanti falce dolatus. Horatius.	
Horatius	lumboſq; ſaligno Fuſte dolat. Idem ſermone primo.	
Horatius	Quis humana ſibi doluit natura negatis. A doleo præteritum eſt.	Dolor
Gellius	Dolor/& dolentia/ in uno ſignificato accipi poſſunt/teſte Gellio ī noctibus	Dolentia
Ouidius	atticis. Dolon/propriū fuit uiri nom: cuius meminit Ouid. li. meta. xiii. dicēs.	Dolon
Virgilius	Conferat his Ithacus Rheſum/imbellemq; dolona. Dolo/genus eſt tæli. Vir	Dolo
Pompeius	gilius libro æneidos ſeptimo.	Dolus
Gellius	Pila manu/ſæuoſq; gerunt in bella dolones. Dolus/uti malus/ita & bonus di	Dux
Plautus	ctus ē/teſtibus Pompeio/& Gellio libro duodecimo noctium atticarum.	Duciſſa
Nigidius	Vnde Plautus ait in rudente. In dolo malo inſtypulatus ſis.	Domus
Gellius	Dux cōmunis generis ē. Apud uulgus tū/pro fœmina duce/duciſſa uſurpatur.	Domūcula
	Domus ſecunda/& quarta declinatione/declinari pōt. Antiqui tamen/domus	Domicula
	huius domuis/huic domu/declinare ſolebant/teſtibus Nigidio/ & Gellio li.	
Varro	quarto noctiū atticarum. Vnde Varro in Tampheminippo/ait. perrexit in	Doma
Vgutio	interiores partes domuis. Et format per diminutionē domūcula. Vgutio di/	Dumus
Varro	cit/q; facit diminutiue etiā domicula. Hoc doma huius domatis græcum uo	Dumetum
Vgutio	cabulū ē: ſic & domus/teſte Varrone de lingua latina: & pro tecto/ſeu domo	Dumicetū
Statius	ipſa ponitur. hic dumus / ſpina uocatur. Inde fit dumetum: quod Vgutio ēt	
	dumicetum appellat. Statius libro thæbaidos primo.	
	Phœbe parens ſeu te Lyciæ Pataræa niuoſis.	
	Exercēt dumeta iugis.	
	Drachma cū ch aſpirato ſcribitur: nō autē cum c exili/hac uidelicet ſcriptura	Drachma
Vgutio	drachma/ut Vgutio ſcribi præcepit. Genus eſt ponderis. Drachmō eadē ſcri	Drachmon
	ptura/fuit teſte Iulio Polluce. Athenienſium numiſma. hoc dragma huius	Dragma
Pollux	dragmatis cū g/id apud græcos dicitur/qui apud nos manipulus. Hoc dra/	Drama
	ma huius dramatis cum m immediate poſt a ſcribitur: non autē dragma cū	
Vgutio	g/ut ſcibi tradit Vgutio. Hieronymus in cantica. Drama enim dicitur/ ut in	
Hierōymus	ſcænis agi fabula ſolet: ubi diuerſæ perſonæ introducuntur: & aliis accedenti	
	bus/aliis etiam diſcedentibus/a diuerſis/& ad diuerſos/textus narrationis ex	
	pletur. Donatus in prologo ſuper Terentium. Protaſis/primus actus eſt: ini	
Donatus	tiumq; dramatis. Vnde & canit eccleſia. Ante torum huius uirginis frequēta	
Diomedes	te nobis dulcia cantica dramatis. Inde dramaticus ſtylus/teſtibus Diomede/	
Seruius	& Seruio/is dicitur/qui mixtus non eſt: ubi poeta nuſq̄ loquitur: ut ſunt co/	
Probus	mœdiæ/& tragœdiæ. Probus ſuper bucolica. Dramaticus ſtylus eſt/in quo	
	perſonæ tantūmodo loquuntur: dihegmaticus/in quo ſolus poeta: mixtus/	
	ubi promiſcue & poeta/& perſona.	
	Dæmon cum æ diphthongo/& hoc dæmoniū/declinari pōt. Damon cū uni/	Dæmon
Virgilius	co m/proprium fuit philoſophi nomen: & a Virgilio pro quodā paſtore po	Dæmoniū
	nitur/dicente in bucolicis.	Damon
	Non ego te uidi Damonis peſſime caprum	
	Eripere inſidiis multum latrante lyciſca?	
	Dama cū unico m ſcribitur: nec ex de/& manus cōponitur/quaſi de manibus	Dama

Vgutio effugiat/ut ridiculus sōniauit Vgutio. Sed græcum δάμη est uocabulum/tā Damula
Seruius masculini/q̄ fœminini apud nos generis/teste Seruio. Virgilius in bucolicis.
Virgilius Cum canibus timidi uenient ad pocula damæ. Horatius in p̄mo carminum.
Horatius Et supiecto pauidæ natarūt æquore damæ. Et format p̄ dimiutionē damula/

Deiphylus cum i latino in secunda/& y græco in penultima syllaba/& unico l Deiphylus
Homerus scribirur. propriū fuit uiri nomē Stheneli amici/teste Homero li. iliados v. Diphylus
Iuuenalis Daphylus cū i latio utrobiq;/& unico l/dici p̄t dei amicus. Iuuēalis satyra. iii. Dysphilus
Protogenes aliquis/aut delphilus/aut erimantus. Dysphilus cum y græco i prima/& i latino in media syllaba/& unico l/dici potest malus amicus.

Dyscolus cum y græco/& c non aspirato scribitur: componiturq; ex δυσ/qđ Dyscolus
in cōpositione malū/uel difficile significat/& κέλομαι/iubeo ita ut discolus Dyscholus
is dicatnr/cui difficulter iubetur. Neq; a scola quod scribitur cum ch aspira/
Vgutio to/deducitur/ut Vgutio/Brito/Mamotrectus/Catholicon/Gasparinus/uo/
Gasparinus luerunt. At uero Tortellius/ex δυσ/& χολη/cholera/uel ex δυσ/& χολοσ
Tortellius iracundia/compositum uocabulum tradit: quasi mala colera/uel mala iracū
dia iterpretetur. Quod si uerū dicit/cū ch aspirato scribi dyscolus oporteret.

Dispondeus cum i latino scribitur. Pes est quattuor syllabis productis constās. Dispōdeus
Dispondius cum i latino utrobiq;/& unico p/& hoc disponidum/declinari Dispondius
Varro potest/teste Varrone libro secundo de analogia. Genus est ponderis: quod a Dispondiū
nonnullis etiam dupondius/& duopōdiū/ex duo scilicet/& pōdo appellat. Dupondius

Decuriones/decures/decudes/qui scilcet decem præsunt/in uno significato acci Dupondiū
Pompeius pi possunt/auctore Pompeo. Varro dicit decuriones esse singularum decuri Decuriōes
Varro arum primos: ita ut a decuria decurio deriuetur: quod tamen libro elegantia Decures
Laurentius rum Laurentius improbat. Ait uero Fronto/decurionem turmæ præesse uo Decudes
Fronto luit. Sed domi quoq; decurio dicitur/nomen quoddam præposituræ signifi
Suetonius cans/dicente Suetonio in domitiano. Saturius decurio cubiculariorū. Et hoc quidem apud Romanos. In municipiis autem idem est decurio/qui Romæ senator. Nam qui in senatu/& consiliis reipublicæ interesse poterant/decuri
Cicero ones erant. Vnde Cicero pro Sextio ait. Recita quæso Sexti/quid decreuerit Capuæ decuriones. Quid autem differentiæ sit inter decurionem Romanū/
Plinius & municipalem/ex epistola quadam Plinii iuniores e primo libro declara/tur/ita dicentis. Esse autem tibi centum milium nummum censum/satis indicat/quod apud nos decuriōes. Igitur ut te ñ decurione solum/uerum etiā eq/te Romano perfruamur/offero tibi ad implendas equitis Romani faculta tes/trecentamilia numum. Illud etiam dixerim/Romanum decurionem/qui scilicet decem præest equitibus/longe præstare cæteris decurionibus/quibus ipse etiam eques Romanus præstat.

Duellum/duellium/duellio huius duellionis/in uno significato accipi possūt. Duellum
dicitur autem duellum/duorum bellum: quod scilicet duabus partibus de Duellium
Festus uictoria contendentibus dimicatur/teste Festo: & nonnunq̄ pro bello ponit: Duellio
Iuuenalis ut est apud Iuuenalem satyra prima. Duellus
galeatum sero duelli pœnitet. Nam & a duello bellum fit/dum abiecta d lit Duellator
tera/digamma in b conuertitur: quod nonnulli diminutiue ab eo quod est
Quitilianus bonum per antiphrasim fieri uolunt. Quintilianus libro primo. duellos qui
Varro dē dicere bellos ausi sunt. Varro libro. iii. de lingua latina. Perduelles dicunt hostes. placet ergo/ut a duello bellum fiat Quod tamen Festus a belluis di/ctum tradit. duellio/& duellus/in uno significato accipi possunt. Vnde per/
Plautus duellio/& perduellis. duellator is dicitur/qui duellum peregit. Plautus in ca/ptiuis. domi/belliq;/duellatores optimi.

Dorcium/& dorcia/proprium mulieris nomē/declinari potest: nec a σορκασ Dorcium
Vgutio deducirur/ut Vgutio somniauit: sed a δῶρον: quasi dulce/& amabile donū Dorcia
dicatur. Dorus

Seruius Dorus/Neptuni filius fuit/teste Seruio. Doris cum i latino/fuit Occeani/& Te Doris
Hesiodus thios filia/teste Hesiodo in theogonia: & a nonnullis interpretatur amaritu/ Dora
do: quæ Nereum/hoc est mare/semper consequitur. Quamobrem nonunq̄ Dory

Virgilius a poetis doris ipsa pro mari ponitur: ut est apud Virgilium in Gallo dicētem. Dorius
Ptolemæus Doris amara suam non intermisceat undam. dora/ urbs est Phœnices/ teste
Ptolemæo. Dory cum y græco/ nomen est urbis ponticæ neutri quidem ge/
Priscianus neris/ de quo Prisciano. Dorius/ fluuius est Indiæ teste Ptolemæo.
Ptolemæus Dei/ & dii cum duplicato i/ teste Prisciano dicitur. Lucanus libro. vi. Dei
Priscianus O utinam cæliq; deis/ herebiq; liceret.
Lucanus Dares proprium uiri nomen/ facit in genitio daris/ uel daretis. Virgilius libro Dii
Virgilius æneidos quinto. Dares
Virgilius Precipitemq; daren ardens agit æquore toto. Idem in eodem.
Creber utraq; manu pulsat/ uersatq; dareta.
Dego degis uerbum/ ablatiuo iungitur cum præpositione in/ uel sub: & nonnū Dego
q̄ pro ago ponitur: & accusatiuum postulat: ut ultimam hic degit ætatē. Quā
Nonius doq; etiam pro minuo usurpatur/ teste Nonio: & cum accusatiuo costruitur/
Plautus dicente Plauto in aularia.
Nunc ego istum soror laborem degam tibi: idest minuam. Aliquando dego si
Plautus gnificat id quod detraho. Vnde idem Plautus ait in Epidico degitur corium
Marcellus de tergo tuo. idest detrahitur: ut Marcellus interpretatus est.
Priscianus Dominor dominaris/ inter cōia uerba a Prisciano cōnumeratur. Vnde & Ni/ Dominor
Nigidius gidium refert dixisse. Omne pecus in domitum/ habet quiddam in se ferum:
sed tamen ea natura est/ ut curari/ & dominari possit. Construitur autem do/
minor cū datiuo/ genitiuo/ & mediante in præpositione/ cum accusatiuo/ &
Virgilius ablatiuo. Virgilius. & uictis dominabitur Argis. Hieronymus in ecclesiastico
Hierōymus capitulo: xvii. Posuit timorem illius super omnem carnem: & dominatus ē be
Ouidius stiarum: & uolatilium. Ouidins libro metamorpho. primo.
Virgilius Et q dominari in cætera posset Natus homo. Virgilius. li. æneidos secūdo.
incensa Danai dominātur in urbe:
Virgilius Decus neutri generis est: & corripit in obliquis co syllabam Virgilius libro æni Decus
dos quiuto. Decorus
Oblitus decorisq; sui: sociumq; salutis. Similiter decorus decora decorū me/ Decoro
Statius diam corripit syllabam: & decoro decoras uerbum. Statius in thæbaide. Decor
Horatius Terrarum decora alta uiri/ decoriq; iugales. Horatius.
At bene nummatum decorat suadela: uenusq;. Ab eo quod est decus fit hic &
Priscianus hæc decor/ teste Prisciano: quod quidam trium dicunt esse generum. Salusti
Salustius us. equis/ & armis decoribus. & simili modo co syllabam corripit. Næuius in
Næuius carmine belli punici.
Magnamq; domum/ decoremq; ditem uexarant. Vbi corem pes iambus est/
duabus constans syllabis/ una breui/ altera longa. decor masculini generis/
Virgilius co syllabam ī obliquis producit. Virgilius li. æneidos. v.
Et dorycli coiunx diuini signa decoris. pari modo decorus adiectiuum/ &
Horatius decoro uerbum/ mediam producūt syllabam. Horatius in sermonibus. ne si
te facies ut sæpe decora Moli fulta pede.
Delcto delectas accusatiuo iungitur. delector deponens cum ablatiuo construi Delecto
tur mediante præpositione in/ uel de. delectat impersonale regit a parte an/ Dector
te accusatiuum: & post cum infinito iungitur. Delectar
Ouidius Deceo deces cum accusatiuo construitur. Ouidius. libro metamor. vi. Deceo
Ouidius Admouiq; preces/ quarum me dedecet usus. Idem de remedio. Decet
Lude: decent animos mollia regna tuos. decet impersonale/ a parte ante ac/
Terentius cusatiuum expostulat: & nōnunq; datiuum: ut est apud Terentium. facite ita
ut uobis decet.
Definire cum unico f post e/ est/ quasi finem dare. diffinire autem cum duplica/ Definio
to f post i/ est/ hoc abillo finiendo/ ac partiendo distinguere. Diffinio
Defero defers regit post se accusatiuum. In alio autem significato/ datiuo iungi Defero
Hierōymus tur. Hieronymus in deuteronomio capi. xxviii. Adducet sup te dn̄s gentem
ꝑcacissimā: quæ nō deferat seni: nec misereatur paruuli: idest honoret senē.
Deficio deficis/ quādo neutrale est/ datiuum postulat: ut pecunia mihi defecit: & Deficio

nonnunq̃ abſolute ponitur:ut hic præſenectute deficit. Quando autem ē trã
Virgilius ſitiuum/accuſatiuo iungitur. Virgilius libro georgicorum primo. noctem læ/
tus non deficit humor. ideſt deſerit/ſeu derelinquit.

Diſcrimen/diſcriminale/diſcerniculum/in uno ſignificato accipi poſſunt. Acus ea eſt/qua capilli diſcriminantur. Nam a diſcrimine fit deſcrimino deſcriminas. — Diſcrimen, Diſcriminale, Diſcerniculum

Hierōymus — Hieronymus ĩ Iudith capitulo decimo. Et diſcriminauit crinē capitis ſui.

Virgilius — Virgilius libro æneidos xi.

Ordine flamarum/& late diſcriminat agros. Diſcrimen item/differentia dici

Virgilius — tur. Virgilius libro æneidos ſeptimo.

At nunc dura dedit nobis diſcrimina pallas. Rurſus diſcrimen/periculum.

Virgilius — Virgilius æneidos libro primo. per tot diſcrimina rerum.

Tendimus in latium. diſcrimen/certamen. Virgilius li. æneidos quinto.

Virgilius — poſt hos aequo diſcrimine piſtris/

Centauruſq;/locum tendunt ſuperare priorem

Deſipio deſipis/ablatiuo iungitur:& nonnunq̃ genitiuo:ut eſt apud Plautum ĩ Epidico. deſipiebam mentis/quom illa ſcripta mitterem/pro mente. — Deſipio (Platus)

Demum/ſignificat poſt:quin etiam demus apud Liuium/referente Feſto/lectũ eſt. Alii (ut ſubdit) demum pro dumtaxat poſuerunt. — Demum, Demus (Liuius, Feſtus)

Diadema huius diadematis cum i latino/& hæc diadema huius diademæ/teſte Priſciano/declinari poteſt. Ornamentum eſt capitis. — Diadema (Priſiianus)

Degener/teſte Priſciano libro quinto/communis generis eſt:quod tamen libro ſeptimo trium tradit eſſe generũ. Nam in ablatiuo ſingulari/degenere facit/& degeneri. Lucanus. — Degener (Priſcianus, Lucanus)

Si me degeneri ſtrauiſſent fata ſub hoſtes. Is dicitur qui maiorum ſuorũ moribus non reſpondet.

Deſcendo facit in præterito deſcendi/teſte Priſciano:ac etiã deſcendidi/teſte Gellio libro ſeptimo. noctium atticarum. — Deſcendo (Priſcianus, Gellius)

December/& decembris/in recto/ueteres protulerunt/teſte Priſciano. — December, Decembris (Priſcianus)

Donec/& donecum/in uno ſignificato dici poteſt/teſte Priſciano. Vñ & Plautus ait in captiuis. Aſcultatus ſciēs ego mea mitti/donecum ille huc redeierit — Donec, Donecum (Priſcianus, Plautus)

Debilis/notum eſt quid ſigificat. Ennius tamen libro. viii. etiam debilo homo/pro debilis protulit/ut refert Marcellus. — Debilis, Debilo (Ennius, Marcellus)

Dextrorſum/& dextrouorſum/pro dextrouerſum dici poteſt/teſte Priſciano/Plautus in rudente. Sed dextrouorſum auerſa eſt in malam crucem. — Dextrorſũ, Dextrouorſum, Dextrouerſum (Priſcianus, Plautus)

Diuiſus/& diuidus/in uno ſignificato dici poteſt/teſte Nonio/Accium inducente dicentem. Noſq; ut ſeorſum diuidos lecto offers. Diuiduũ/& quod diuidit/& quod diuiditur/ſignificare habet. — Diuiſus, Diuidus, Diuiduus (Nonius, Accius)

Dorſum neutro genere/& hic dorſus huius dorſus/declinari poteſt/teſtibus Capro/& Probo. Et non tantum animatium/ſed etiam aquarũ/teſte Marcello/dorſum dicitur. Vnde Virgilius libro æneidos primo/inquit. — Dorſum, Dorſus (Caper, Probus, Marcellus)

Dorſum immane mari ſummo. Dictum eſt autem dorſum/q; ea pars corporis/deuexa ſit deorſum auctore Pōpeio. Neq; a duro duras deſcēdit/ut Vgutio ſomniauit. Ab eo quod eſt dorſum/fit dorſo dorſas uerbum:a dorſus aũt fit dorſuo dorſuas. Plautus ĩ aularia. Tu macerio cōgrum murœna exdorſuaq̃tum potes:ideſt confringe/uel dorſo exime. — Dorſo, Dorſuo (Virgilius, Pōpeius, Vgutio, Plautus, Nonius)

Dulcitas/& dulcitudo/pro eo quod eſt dulcedo/in uno ſignificato accipi poſſunt/teſte Nonio:Cæcillius in Syracuſis. Tanta hinc inuaſit ĩ corda ĩdulcitas. Cicero libro quarto de natura deorũ. Quicq; dulcitudine præter cæteros ſenſus cōmouetur. — Dulcitas, Dulcitudo, Dulcedo (Cæcillius, Cicero)

Delicium in ſingulari numero/neutri generis eſt:in plurali uero/fœminini:Plautus etiã fœminino genere/ſingulari numero protulit/quom dixit. Mea uoluptas/mea delicia. Delicia item fœminini generis/tignum dicitur/quod ad tegulas angulares infirmas/uerſus faſtigiatum collocatur/ut ſcribit Feſtus. — Delicium, Delicia (Plautus, Feſtus)

Dirimo facit in præterito diremi/& dirempſi/teſte Beda ſuper Donati artem. — Dirimo (Beda)

Domina/facit ĩ datiuo plurali/& ablatiuo/dominabus/ut tradit Probus. Hic — Domina (Probus)

Hierõymus ronymus in epistola prima ad demitriadem circa finem. Incedentibus domi
Curcius nabus/ancilla uirgo procedat ornatior. Curcius tamen dominis pro domina
Laurentius bus dixit. Et sic dicendum esse tradit Laurentius.
Isidorus Discus cum i latino/& c exili/græcum est uocabulum: etsi Isidorus / Vgutio/ Discus
Vgutio Catholicon/aliam nescio quam etymologiam fingant. Genus est uasis/por/
Polux tandis ad mensam carnibus q̃ aptissimum/ut docet Iulius Polux. Fuit etiã dis
cus ludi genus: quo saxum/uel massa plumbea iactabatur alutæ iuncta: i qua
Martialis referenda & piculũ erat: & ars appebat: ut Pindari iterpres ostẽdit. Martialis.
Splendida cum uolitent Spartani pondera disci.
Este procul pueri.
Macrobius Digeries/digestus/digestio/in uno significato accipi possunt. Macrobius in sa Digeries
Statius turnalibus. Nec mirũ si digeries morsu reprensionis euasit. Statius libro thæ Digestus
baidos tertio iam creditur uni. Digestio
Sanctarum digestus opum: idest hac in parte/dispositio/uel distributio.
Marcellus Duco ducis tertiæ coniugationis/primã ꝓducit syllabam: & apud Marcellum Duco
Plures detinet significationes/hoc nihilominus in loco annotandas. Ducere/
Virgilius re/pati significat. Virgilius libro æneidos quarto.
Tullius Nate dea potes hoc sub casu ducere somnos. Duci/delctari/auocari. Tullius
libro quinto de finibus. Dantq; se ad ludendum. fabellarumq; auditione du/
Virgilius cuntur. Ducere/nudare exerere. Virgilius libro æneidos. xii.
Ille tamen clypeo obiecto conuersus in hostem
Tullius Ibat. & auxilio ducto mucrone petebat. Ducere/excitare. Tullius in Verrem:
Quid si quem statuæ magnopere delectant/si quis earum honore/aut gloria
Tullius ducitur? Ducere/illicere. Tullius libro officiorum secundo. Postremo precio/
Virgilius aut mercede ducuntur. Ducere/struere erigere. Virgilius libro æneidos pri/
mo. pars ducere muros:
Virgilius Moliriq; arcem: & manibus subuoluere saxa. Ducere/iudicare. Virgilius tan
ton me crimine dignum
Virgilius Duxiti? Ducere/uoluere pertractare. Virgilius libro æneidos sexto.
Tullius Sic equidem ducebam animo/rebarq; futurũ. Ducere/trahere differre. Tul/
Tullius lius libro officiorum tertio. Apud prætorem criminatus est/balbũ illud du/
cere. Idem ad Cæsarem iuniorem. Ne res duceretur/fecimus ut Hercules An
tianus in alium locum transferretur. Ducere/proprium pro temporibus ser/
Virgilius uare. Virgilius in bucolicis. & quo
Plautus Duceret apricis in collibus uua collorem. Ducere/dimittere descendere. Pla
utus in aularia. Vbi ille abit/ego me duco seriundus arbore. Ducere/gerere.
Virgilius Virgilius libro æneidos octauo.
Hi bellum assidue ducunt cum gente Latina. Ducere/quam proprie signifi/
Virgilius cantiã habeat/patet hoc Virgilii exemplo/libro æneidos. xii. dicentis.
Ducitur infœlix æuo confectus Alethes. Duco ducas primæ coniugationis
Virgilius primam corripit syllabam. Virgilus libro æneidos decimo.
Quatuor hic iuuenes/totidem quos educat upheus.
Ducatus huius ducatus/regio ducis/uel dignitas/apud uulgus dicitur. ducatus Ducatus
huius ducati/aureus nummus ducalis uocatur.
Dimico dimicas/& dimicor deponens comperitur. Vnde in legẽda sanctorum Dimico
Chrisanti/& dariæ legitur. Quis enim istam pugnam a diabolo excitatã uin Dimicor
cere præualet/nisi tua pro eo fuerit dextra dimicata?
Draco cum c Exili cõis generis est: etsi fœmininum draca habeat/& dracæna cũ Draco
æ diphthongo in media syllaba. Dictus est autem draco a δρακειν/quod est Draca
uidere. Nam clarissimam oculorum aciem habere perhibetur. Draconem itẽ Dracæna
Plinius appellat Plinius libro decimoseptimo naturalis historiæ/ex tortuositatum si
militudine/palmitem (ut ait) emeritum/pluribusq; induratum annis.
Festus Dubo dubas/ueteres teste Festo protulerunt: a quo fit/quo nunc utimur uer/ Dubo
bum dubito dubitas. Dubito
Diabolus cum i latino scribitur: nec ex dia/& bolus componitur: quasi duos Diabolus

bolos capiens corpus scilicet peccatoris/& animam/ut cum Catholico ridiculus somniauit Vgutio. Sed a διαβάλλω/quod est criminor descendit. Vnde & criminator dicitur.

Dissentio cum duplicato s/& dissentior deponēs ī usu ē. Gellius li.x. noctiū atticarū. Cumq; dissentirētur/& pars tertio/alii tertiū scribendū contenderent.

Diluuium cum unico l/& diluuies/in uno significato accipi possunt. Horatius libro tertio carminum.

Quom fera diluies inquietos irritat amnes. Inde uenit Diluuio uerbum. Lucretius libro quinto.

Tantum suppeditant amnes/ultraq; minantur
Omnia diluuiare/exalto gurgite ponti.

Defraudo/& de frudo/dici potest/auctore Prisciano libro secundo.

Duo duæ duo facit in accusatiuo/masculino quidem genere/duos/& duō/fœminino duas/neutro duo/testibus Prisciano/& Phoca. Virgilius libro æneidos nono. Si duo præterea tales Idæa tulisset

Terra uiros. Horatius sermone septimo. duo si discordia uexat inertes.

Deleo deles uerbum/facit in præterito deleui/& deliui: in supino deletum/& delitum/teste Diomede/Varronem inducente dicentem. Pecorina delitæ litteræ. Qui & Caluū refert in p̄ma ep̄la ad uxorē scripsisse: ī uia delita/ꝓ deleta.

Diota cum i latino/& t exili scribitur. Genus est uasis uinarii/duas teste Acrone ansas habentis. Horatius in primo carminum.

O Thaliarche merum [Diota/Diota cum i latino/& æ diphthongo in media syllaba/& t exili/lex uictus dicitur. Diæta itē/locus quidam domi uocatur: ubi tantum uersamur/nullo negotio/aut usu. Et διαιτάω/quod uersari significat/deriuatur

EBur cum u/teste Probo/efferri debet/dicente Virgilio. India mittit ebur. At uero Phocas/ebor per o/enunciari præcipit. Et utrunq; dici potest. Nam & æquur cū u/teste eodē Probo scibitur: & cum o æquor effertur: ut in ipsa dictiōe uidimus. Ab ebore fit adiectiuū eboreus: eburneus: eburnus. Vlpianus de legatis tertio. Eboreā bibliotecā emit. Quintiliāus li.vi. Cū ī triūpho Cæsaris/eborea opida essent trāslata. Hieronymus in canticis capitulo.xii. Collum tuū sicut turris eburnea. Ouidius libro metamorpho.iii.

Impubesq; genas: & eburnea colla: decusq;. Virgilius georgicorum tertio.

Hipodameq;/humeroq; Pelops insignis eburno. Lucanus libro secundo.

Legitimæq; faces/gradibusq; accliuis eburnis. Horatius sermone.xvi.

Tincta super lectos cāderet uestis eburnos: Iuuenalis satyra.x.

Da nunc & uolucrem/sceptro quæ surgit eburno. Propertius.

Siue lyræ carmen digitis percussit eburnis. Tibullus.

Hanc primū ueniens plectro modulatus eburno. Ebora/nomen est duarum urbiū in Hispania/teste Ptolemæo: quarū una Turdubiorū est: alia Edetanorum. Ebura/urbs est Lusitanorū mediterranea/teste eodem Ptolemæo. Eburum urbs est Germaniæ/ut idem Ptolemæus in cosmographia ostendit.

Echeneis huius echeneidis/uel echeneidos/cū ch aspirato/sequente e/scribitur. Genus est pisciculi. Nec ab hæreo hæres descendit/ut Isidorus tradidit: & cū Catholico Vgutio sōniauit. Sed ex ἔχω teneo/& nāua Nauim/cōponitur. Nā teste Plinio/ruant uenti licet/sæuiant procellæ/iperat furori: tātasq; uires cōpescit: & cogit stare nauigia. Quā etiā ob causam/amatoriis quoq; ueneficiis infamis est: & iudiciorum/ac litium nōnunq̄ mora. Vnde quod græce echeneis/latine a nonnullis remora appellatur. Hæc Plinius. Et producit echeneis penultimam in recto syllabam. Nam apud Græcos cum η in penultima syllaba scribitur: quæ semper apud illos producta est. Vnde Opiāus li. p̄mo ait. θαῦμα δ᾽ ὀλιστηρῆσ ἐχενηΐδοσ ἐφράσσαρτο. Quod etiam obseruauit Lucanus/quom dixit. In mediis echeneis aquis. Vbi nonnulli legunt echinus. Ve

Margin (left): Vgutio, Gellius, Horatius, Lucretius, Priscianus, Priscianus, Phocas, Virgilius, Horatius, Diomedes, Varro, Caluus, Acron, Horatius, Probus, Virgilius, Phocas, Vlpianus, Quintiliāus, Hierōymus, Ouidius, Virgilius, Lucanus, Horatius, Iuuenalis, Propertius, Tibullus, Ptolemæus, Ptolemæus, Ptolemæus, Plinius, Opianus, Lucanus

Margin (right): Dissentio, Dissentior, Diluuium, Diluuies, Diluuio, Defraudo, Defrudo, Duo, Deleo, Diota, Diæta, Ebur, Ebor, Eboreus, Eburneus, Eburnus, Ebora, Ebura, Eburum, Echeneis, Echinus, Echinas, Echinada, Echina, Echidna

rum cum echinus cum ch aspirato/& i latino/primam(ut statim patebit)cor
ripiat syllabam/Lucani metro conuenire nequaq̃ potest. Quem/tamen pro
echeneide/Isidorus/Papias/Vgutio/Catholicon/ac etiam Augustinus de ciui
tate dei/posuere.Sed falsi sunt.Nam echinus/alius quidam est pisciculus ex
Martialis cãcrorũ genere/spinas habẽs:qbus pro pedibus utitur:de quo Martialis.
Iuuenalis Cortice deposito mollis echinus erit.Iuuenalis satyra quarta.
Horatius Et semel aspecti litus dicebat echini.Horatius sermone.xiiii.
OstreaCircæis/Misseno oriuntur Echini.Est etiam Echinus eadem litteratu/
ra/uilla Cyrenaicæ prouinciæ in Aphrica:& eodem nomine urbs Macedo/
Ptolemæus niæ/teste Ptolemæo:necnon & genus uasis ænei:in quo calices lauantur/te/
Acron ste Acrone:quam alii(ut ait)ampulam dicunt esse uitream:de quo Horatius
Horatius sermone sexto.
Pocula cum cyato duo sustinet:astat echinus.Echinas huius echinadis uel e.
hinados/eadem scriptura scribitur.Sunt autem echinades/insulæ i Maliaco
Herodotus mari/teste Herodoto libro historiarum secundo:de quibus Lucanus memi/
Lucanus nit/dicens.crassis oblimat echinadas undis.
Vgutio dicit posse declinari hæc echinada.Quod si cpperitur/ab accusatiuo
græco ἐχινάδα formetur necesse ẽ.Sed & hæc echina huius echinæ/declina
Seneca ri potest/dicente Seneca in Troade.Quolibet uento faciles Echinæ.Echidna
cum ch aspirato/& i latino/sequente dn/uipera dicitur.Vnde de ea/quam
Ouidius Hercules interfecit/inquit Ouidius libro.v.fastorum.
Sanguine centauri Lernææ sanguis Echidnæ
Mixtus/ad auxilium tempora nulla dabat.
Ectasis cum ct exilibus scribitur:& dici potest ꝓductio.Est enim figura/qua Ectasis
syllaba naturaliter correpta producitur:quæ a nonnullis extasis dicitur.Exta Extasis
sis item/mentis excessus uocatur.
Egeo eges uerbum tam genitiuo/quam ablatiuo/iungi potest. Egeo
Priscianus Edo es est/græcũ est uerbũ: quod ap̃ antiquos/teste Prisciano/edo edis edit Edo
declinari solebat:ut etiam ab hoc compositum/comedo comedis comedit.
Næuius Vnde etiam Næuius in carbonaria/ait:ille ipsi astat/quando edit.Et format
Priscianus edo duplex supinum/esum scilicet/& estum/teste Prisciano.
Elegia cum unico l/& i latino scribitur:& dici potest miseria.Et producit apud Elegia
Statius poetas penultimam syllabam.Statius libro siluarum primo. Elegeia
Martialis Quas inter/multum petulans elegia propinquat.Martialis.
Antonius Detineat cultis aut elegia comis.Antonius Panormita in epistola ad Lamo/
lam.Induit aduires uultus elegia dearum.Nonnunq̃ pentasyllaba dictio ele
Ouidius geia effertur:& tunc penultima syllaba corripitur.Ouidius de remedio.
Ouidius Blanda pharetratos elegeia nutrit amores.Idem li.tertio de fine titulo.
Ouidius Venit odoratos elegeia nexa capillos.Idem in epitaphio Tibulli.
Flebilis idignos elegeia solue Capollos.Quod domitius super epistolã Sap/
phus/nom percipit.Nã cũ apud poetas(ut domitius)penultimam syllabã ele
gia/dictio scilicet tetrasyllaba/productã habeat/ i eadẽ Saphus epistola/emẽ
dare(ut etiam alibi solet)elegia censor debuit:non aprobare/ut elegia legere
tur.Quod si apud Ouidium tetrasyllaba dictio(ut idem legendum affirmat)
elegia enuntietur/primam/& secundam syllabam produci/necnon& penul
timam corripi/necesse est/contra omnium aliorum poetarum auctoritatem:
Ouidius imo etiam contra seipsum.Vnde & alibi idem Ouidius inquit.
Tantum se nobis elegi debere fatentur.Et Tibullus ait.
Boœtius Nec prosunt elegi:nec carminis auctor Apollo.Boœtius.
Iuuenalis Et ueris elegi fletibus ora rigant.Iuuenalis.
Impune ego mihi recitauerit ille togatas:
Hic elegos.Hoc pari errore ductus etiam est tortellius in dictione elegia.Sũt
Persius qui ab elegia diminutiue elegidion formari uolunt.Persius.Nõ si qua elegi/
dia crudi Dictarunt proceres.
Equus cum primã corripiat syllabã/asque æ diphthõgo scribitur:& habet fœ Equus

mininum equa:quorum diminutiua sunt equuleus/& equula/testibus Probo/Marcello/Prisciano. Vnde Tullius ait in Hortẽsio. Sed cybum etiam sæpe subtrahunt:ut debilitetur equuleorum nimis effrænata uis: Varro in lege Menia. Nemo est tam negligens/quin summa diligentia eligat asinum/qui suam saliat equulã. Equuleus item/tormenti est genus. Eques communis generis est:quin & apud uulgus pro fœmina equite/equitissa usurpatur. Eques item/pro equo ponitur/testibus Marcello/& Seruio/dicente Virgilio georgicoꝝ.iii.atq; equitem docuere sub armis Insultare solo. Inde fit equito equitas uerbum/tam ad equum/q̃ ad insidentem pertinens/teste in saturnalibus Macrobio. Vnde & Lucillius de equo ait. Nempe hũc currere equum nos atq; equitare uidemus. Equiso equitem/uel equorum magistrum/designare habet. Varro in eumenidibus. Neq; furentem equuleum damacrinum insanus equiso eximendis morbi fluctibus educet unq̃. Et(ut scribit Nonius)non tantum equorum magistrum/sed etiam omnium rerum/quarum ei regimen cõceditur/equiso designet. Quod & Varronis auctoritate cõprobatur/in Marcipore sic dicentis. Hic in ambiuio nauem cõscendimus plaustrem: quam nautici equisones per uiam conducent loco.

(Margin: Probus, Marcellus, Priscianus, Tullius, Varro, Marcellus, Seruius, Virgilius, Macrobius, Lucillius, Varro, Nonius, Varro — Equa, Equuleus, Equula, Eques, Equito, Equitissa, Equiso)

Equester masculini/equestris fœminini/eq̃stre neutri generis:& hic & hæc equestris & equestre/declinari potest. Vgutio declinat et hic & hæc equester. (Vgutio — Equester)

Euentus huius euentus/& hoc euentum/declinari potest. Virgilius libro sexto æneidos. cæco sq; uolutat
Euentus animo secum. Cicero ad Atticum. Semper enim causæ euentorum magis mouent/q̃ ipsa euenta. (Virgilius, Cicero — Euentus, Euentum)

Exercitus huius exercitus/uel antiquorum more/huius exercituis/uel exerciti/teste Nonio/format genitiuum. Varro libro de uita patrum secundo. Quot quot imperator propter exercituis salutem/fœdis manibus deuouit. Accius. Consydera & quo reuoces summam exerciti. (Nonius, Varro, Accius — Exercitus)

Erratus huius erratus/& hoc erratum/in recto/declinari potest. (Erratus, Erratum)

Euphrates cum t exili scribitur:& facit in genitiuo Euphratis/& Euphratæ. Vgutio dicit posse declinari/Euphrate huius Euphrates. Et producit mediam syllabam. Boœtius.
Tigris/& Euphrates/uno se fonte resoluunt. Lucanus libro secundo.
Euphratem/Nilumq; moue. fluuius est:qui posteaq̃ longam egit uiã/& Babylonem in duas partes diuisit:in mare Rubrum tandem descendit. (Vgutio, Lucanus — Euphrates, Euphrate)

Externus externa externum/& exter extera exterum/in uno significato accipi possunt. Statius libro thæbaidos.xi.
Sed quid apud tales qui nec sua pignora curæ
Exter honos? Extra præpositio format superlatiuum extremus/& extimus/teste Prisciano. Plautus in rudente. Factus sum quasi extimus a uobis. Extrarius/q; extra focum/sacramentum/iusq; sit/teste Festo dicitur: uel(ut scribit Marcellus)extrarius alienum significat. Aphranius in suspecta. Vt me esse in hac re ducat abs ste extrarium. Extraneus/is appellatur/qui ex altera terra ẽ: quin etiam exterraneus dicitur/ut auctor est Pompeius. (Statius, Priscianus, Plautus, Festus, Marcellus, Aphranius, Pompeius — Externus, Exter, Extremus, Extimus, Extrarius, Extraneus, Exterraneus)

Ecthlipsis cnm c exili/& th aspirato/& i latino utrobiq; scribitur:& dici potest expressio. Est.n. cæsura/qua m cum Vocali eliditur:ut est apud Virgilium.
Monstrum horrendum ingens. Hæc a nonnullis ellipsis cum duplicato l/ab aliis ellepsis dicitur. (Virgilius — Ecthlipsis, Ellipsis, Ellepsis)

Emporiũ/locus est mercatus/& nundinationis & latine dici potest Emptoriũ. Est & eodẽ noĩe urbs in Italia/alias Firmũ nominatum/teste Strabone. Emporiæ pluralis tantum numeri/Duo sunt opida/diciẽte Liuio. Emporiæ duo opida erãt muro diuisa. Vnum Græci habebant a Phocea:alterum Hispani/de Phocaicis meminit Syllius libro tertio quom ait. Phochaicæ dãt Emporiæ:dat Tarraco pubem. Empyrum cum y græco:dici potest ignitum/sicut dipyrum/bis ignitum. Martialis.
Quid tibi uis Dipyrum qui phaetonta facis? (Strabo, Liuius, Syllius, Martialis — Emporium, Emptoriũ, Emporiæ, Empyrũ, Elephas)

Elephas cum unico l/cōis generis est. Et a genitiuo græco ἐλέφαντος/nostri et hic elephantus/in recto dixerunt. Iuuenalis. — *Iuuenalis* — *Elephantus*

Hieronymus Quatinus hic non sunt & uænales elephanti. Hieronymus i libro primo Maccabæorum capitulo primo. Et intrauit in Aegyptum/in multitudine graui i curribus/& elephantis/& equitibus/& copiosa nauium multitudine. Et nōnunq̄ ꝑ ebore/hoc ē ꝑ ipsius elephanti dente ponit. Virgilius in georgicis. — *Virgilius*

In foribus pugnā ex auro/solidoq; elephanto. Elephas item/mons est circa Nilum fluuium/ut in cosmograpia Ptolemæus ostendit. — *Ptolemæus*

Seruius *Statius* Eleusis cum unico l/& eleusin/in recto/declinari potest/teste Seruio super primum georgicorum. Statius libro thæbaidos. xii. — *Eleusis* *Elusin*

Hos Salamis populos/illos cerealis Eleusin. urbs est in Thera Atticæ insula teste Ptolemæo: a qua/insula ipsa tota/Eleusina cognominata est. — *Ptolemæus* — *Eleusinæ*

Enthymema huius enthymematis/& hoc enthymematum/in recto/declinari potest: & cum th aspirato/& y græco scribitur. Iuuenalis satyra. vi. — *Iuuenalis* — *Enthymēa* *Enthyme/matum*

Torqueat enthymema: nec historias sciat oēs. Genus est argumenti/ex uno assūpto cōcludēs. Quintiliāus dicit enthymema ēē oē quod mēte cōcipimus. — *Quintiliāus*

Epectasis cum ct exilibus scribitur: & dici pōt porrectio. Est. n. figura/qua i medio dictionis/littera/uel syllaba interponitur: ut est apud Lucretiū libro. i. — *Lucretius* — *Epectasis* *Epenthesis*

Iuuenalis Inter se nexus minus/aut magis indupedita/pro impedita. Iuuenalis.

Quales tunc epulas ipsum glutisse putamus

Induperatorem/pro imperatorem. Epenthesis cum th aspirato/dici potest interpositio. Et est figura/epectasi ipsi similis: ut est apud Virgilium. — *Virgilius*

nondum Porsenna iubebat. Vbi teste Seruio/n unum metri gratia interpositum est. Nam apud alios poetas Porsena mediam corripit syllabam. Vnde Syllius libro octauo/ait. — *Syllius*

Martialis Cernitur effugiens ardentem Porsena dextram. Martialis.

Hanc spectare manum Porsena non potuit.

Lucanus Epirus cum i latino scribitur: & mediam producit syllabam. Lucanus libro. ii. — *Epirus*

Primus in epirū boreas agat. Regio est in Europa. Ephyris cum y græco in media syllaba & cum i latino in ultima/urbs fuit Laconiæ/teste Herodoto. — *Herodotus* — *Ephyris* *Ephyre*

Ephyra huius Ephyræ cum y græco/& Ephyre huius Ephyres/declinari potest. urbs est in Achaia: quæ nunc Corintus uocatur/testibus Lactantio grāmatico/& Plinio libro quarto naturalis historiæ. Et tam Ephyris/q̄ Ephyre/phy syllabam corripit. Papinius libro thæbaidos quarto. — *Lactantius* *Plinius* *Papinius*

Lucanus It comes Inoas Ephyre solata querelas. Lucanus libro. vi.

Ouidius Aut Pelopis latis Ephyren abrumpere regis. Ouidius heroidum.

Hic Ephyrem bimarem/Scythiam tenet ille niuosam. Fuit etiam Ephyre eadem litteratura/oceani/& Thetios filia: cuius meminit Virgilius georgicorum quarto/quom ait.

Atq; phyre/atq; Opis/ac Asia Deiopeia.

Ephebus absq; œ diphthongo scribitur. Neq; enim ex e/& phœbus componit/ut cū Catholico sōniauit Vgutio: sed potius ex epi/& hebe pubertas: ubi p/abiecta i littera/in ph conuertitur: ut libro secundo in dictione cathedra plene docuimus. & dici potest ephebus pubes. Et producit mediam syllabam. — *Ephebus* *Ephebia*

Iuuenalis Iuuenalis satyra secunda.

Horatius Armenius Zelotes cuntis narratur ephebis. Horatius in epistolis.

Quo pacto partes tutetur amantis ephebi. inde uenit hæc ephebia: quæ (ut dicit Donatus super Andriam Terentii) prima ætas est adolescentiæ. Alexander aūt Neq̄/uult ephebiam locum esse/ubi ephebi prostituūtur. Ait enim. — *Donatus* *Alexander*

Quo prostant pueri/locus est ephebia dictus. Claudicat tamen hic uersus in prima huius dictionis syllaba. Cuius nihilominus interpretationi consentire uidetur Hieronymus in secundo libro Maccabæorum capitulo quarto/sic inquiens. Super hoc promittebat & alia talenta centum quinquaginta/si potestati eius concederetur gymnasium/& ephebiam sibi constituere. Et subdit Et enim ausus est sub ipsa arce gymnasiū constituere: & optimos quosq; ephe — *Hieronymus*

borum/in lupanaribus ponere.
Erate huius erates cum t exili scribitur.Nympha fuitOceani/& Tethyos filia/ Erate
Hesiodus teste Hesiodo in theogonia.Eratæ cũ æ diphthongo in ultima syllaba(plura Eratæ
Ptolemæus li enim tantum numero declinatur)urbs est Corytanorum/teste Ptolemæo. Erato
Erato etiam cum t exili/una fuit musarum:quam tamen Arcades uatem fuis
Virgilius se dicunt:non musam.Huius meminit Virgilius libro æneidos septimo.
Nunc age qui reges Erato/quæ tempora rerum/
Quis Latio antiquo fuerit status.
Epitome huius epitomes cũ i latino/& t exili scribitur:& dici põt breuiariũ. Epitome
Et corripit penultimam syllabã. Epithema huius epithematis cum i latino/ Epithema
& th'aspirato/sequente e/dici põt superimpositũ:& penultimã in recto pro
Vgutio ducit.Neq; a thymo flore descendit/ut cum Catholico Vgutio somniuait.
Virgilius Euander/& euandrus/in recto/declinari potest. Virgilius li.æneidos.viii. Euander
Iustinus Tũ rex euãdrus Rõanæ cõditor arcis.Rex fuit Arcadiæ/teste Iustino li.xliii. Euandrus
Eumenes/proprium fuit uiri nomen/Philippi/& Alexandri amici:qui & Eu Eumenes
Papinius meneus dicitur. Eumenis/furia/est infernalis.Papinius libro thæbaidos.vii. Eumeneus
Eumenis in furias/animumq; redire priorem. Eumenis
Europa huius Europæ/& Europe huius Europes/declinari potest. Filia fuit Europa
Agenoris:quam Iuppiter rapuit:& ab ea/tertiam partem mundi/Europam Europe
Virgilius nominauit. Et producit mediam syllabã. Virgilius libro æneidos septimo. Euripus
Europæ/atq; Asiæ fatis/concurreret orbis. Alia fuit eodem nomine Oceani/
Hesiodus & Tethyos filia/teste Hesiodo in theogonia. Euripus cum i latino/& unico
Põponius p/pars quædam est maris/inter phocidem/& Euboeã insulã sita/teste Põpo/
Lucanus nio Mela libro historiaꝶ.iiii.& producit mediã syllabã.Lucanus libro.v.
Euripusq; trahit cursum mutantibus undis.
Eustochium/proprium mulieris nomen/& Eustochia/declinari põt: & cum t Eustochiũ
exili/& ch aspirato/& i latino scribitur. Eustochia
Messala Euthias/& Euthia(ut etiam apud Messalam teste Quintiliano compertum ẽ) Euthias
Quitilianus declinari in recto potest:& cum th aspirato/& i latino scribitur. proprium Euthia
Virgilius fuit uiri nomen. Exta
Exta pluralis tantũ numeri/& extales/in uno significato accipi possunt. Virgi. Extales
Hierõymus Pinguiaq; in uerubus torrebimus exta colurnis.Hieronymus in primo libro
regum capitulo quinto.Et computrescebant prominẽtes extales eorum.
Epigramma huius epigrammatis/& hoc epigrammatum/declinari põt:& cũ Epigrãma
Varro i latino/& duplicato m scribitur. Varro de lingua latina.Idem ostendit Pa/ Epigrãma/
pinii epigrammatum:quod in adolescentem fecerat.dici põt.superscriptio. tum
Marcellus Expergiscor/deponens est uerbum. Veteres tamẽ/etiam expergisco actiua uo Expgiscor
Pomponius ce protulere/teste Marcello/Pomponium inducente dicentem in Agamẽ/ Expergisco
Diomedes none. Vt si quis dormitaret/expergisceret. Et facit in supino experrectum. At Expergo
Pompeius uero expergo expergis/format supinum expergitũ/auctoribus Diomede/ Expgefacio
Priscianus Pompeio/Prisciano.Lucretius libro.iii. Experior
Lucretius Consequitur loeto:nec quisq̃ expergitus extat.Ponitur autem expergo pro
Marcellus expergefacio/teste Marcello.Experrectus(ut tradit Festus)is dicitur/ qui p
Festus se euigilare coepit:expergitur uero/ab alio excitatus:qui(ut ait)& expergefa/
Diomedes ctus dicitur.Et Diomedes inquit.Expergitus/excitatus somno sponte uigilat
Priscianus experrectus/a qete impeditus:expergefactus/per alium somno excitatus.Ex
perior commune uerbum/Prisciano teste/facit in supino expertum.
Emo tertiæ coniugationis/facit in præterito emi:in supino emptũ.Emio quar Emo
tæ/format præteritum emiui:supinum emitũ/mi syllaba producta:quorum Emio
nota est significatio.
Effero efferas primæ coniugationis/& efferor deponens usurpatur. Ambrosius Effero
Ambrosius super Aegesippum. Efferauerat Herodes uniuersos: hoc est efferos ef/ Efferor
Statius fecerat. Statius in achilleide. & raptum superis Mars efferat aurum.
Hierõymus Hieronymus in Daniele capitulo octauo. Cumq; appropinquasset pro
pe arietem/efferatus est in eum: idest desæuit. Effero effers/facit

in præterito extuli:quod a uerbo tollo mutuatur:in ſupino elatum. Eſt aũt
Tullius efferre extollere. Tullius libro officiorũ ſecũdo. Ita eos uiros ſuſcipiunt:ma
Virgilius ximiſq; efferunt laudibus. efferre/edere prouehere. Virgilius georgicorum.ii.
Virgilius Extulit hic Decios:Marios. Efferre/erigere leuare. Virgi. libro æneidos.v.
Oſtendit dextram inſurgens Entellus:& alte
Virgilius Extulit. Efferre/oſtendere. Virgilius libro æneidos octauo.
Et belli ſignum Laurenti Turnus ab arce
Virgilius Extulit. Efferre/proferre. Virgilius libro æneidos quinto.
Virgilius Tum ſatus Anchiſa cæſtus pater extulit æquos. Idem libro æneidos ſecũdo.
Lucillius Mente efferre pedem genitor? Efferre ſubdere. Lucillius libro.xxvii.
Depugnabunt pro te ipſi:& morientur:ac ſe ultro efferent. Efferre/enuntia/
re. Quale eſt/ſi dixeris. Cybele cũ unico l/& cũ gemiato l Cybelle/efferri põt.
Nonius Exeo exis/& extro extras/in uno ſignificato accipi poſſunt/teſte Nonio/Aphra Exeo
Aphranius nium inducente dicentem in actione. ſimul limen intrabo:illi extrabunt ilico. Extro
Nam ſicut itrare/ingredi/ita extrare/egredi ſignificat.
Seruius Egredior/accuſatiuo/& ablatiuo iungitur/teſte Seruio ſuper librum ſecundum Egredior
Saluſtius æneidos. Saluſtius. Raro egreſſa fines ſuos. Horatius.
Horatius Egreſſum magna me cepit Aricia Roma.
Nonius Expedio expedis/facit in futuro indicatiui modi expediam/& expedibo/te/ Expedio
Plautus ſte Nonio/dicente etiam Plauto in truculento. Ego expedibo rem.
Epulum in ſingulari numero neutri generis eſt:i plurali uero fœminini. Vete Epulum
Feſtus res tamen/ẽt hæc epula ſingulari numero protulerũt/teſte Feſto. Intereſt tñ Epula
Laurentius inter epulũ/& epulas. Nã epulæ (ut tradit Laurẽtius) cybi ſunt/miniſterio ho Epulo
Iuuenalis minum/in noſtrum comparati uſum:epulum aũt/ſolenniores quædam epu Epulonus
læ:& proprie publicum conuiuium. Iuuenalis ſatyra tertia.
Vnde epulum poſſis centum dare Pythagoreis. Epulo & epulonus/in recto/
Feſtus teſte Feſto/antiqui declinauere.
Marcellus Eſurio eſuris/facit in futuro indicatiui modi eſuriam/& eſuribo/teſte Marcello. Eſurio
Pomponius Vnde Pomponius ait in augure. Imo mane non eſuribis diutius. Sunt tam/ Exurio
qui cum x hac ſcriptura exurio ſcriptitant:& ab ex & haurio compoſitum Eſuries
uerbũ dicunt. Eſuries/& eſurgo/in uno ſignificato accipi poſſunt/teſte Mar Eſurigo
Marcellus cello/Varronem inducente dicentem. Eſurigo fundebat coſtas.
Varro Effigies/& effigia/i recto/decliari põt/teſte Nonio. Iuuenalis ſatyra.xv. Effigi/ Effigies
Nonius es ſacri nitet aurea cercopytheci. Aphranius. Cuius te ſuſcitat imago/cuius Effigia
Iuuenalis effigia?
Expleo
Aphranius Expleo exples ſecunda/& expleno explenis tertia coniugatione/in una ſigni Expleno
Pompeius ficatione ueteres uſurparunt/ut ſcribit Pompeius.
Nonius Execro execras/& execror deponens/dici põt/teſte Nonio. Aphranius. Execro
Aphranius Execrabant ſe:& ſuos. Virgilius libro æneidos ſecundo. Execror
Virgilius Et terram altricem ſæui execramur Vlyſſi. Priſcianus aũt/execror inter com
Priſcianus munia uerba connumerat. Vnde & Catonem inducit libro originum quarto
Cato ita dicentẽ. Duos exules lege publica execrari. Vbi execrari paſſiue poſitũ eſt.
Enſis maſculini generis eſt:& format per diminutionem enſiculus/enſicula/ Enſis
Probus teſtibus Probo/& Priſciano. Genus eſt gladii.
Enſiculus
Priſcianus Expers/extra partem/expes/extra ſpem/uel ſine ſpe dicitur. Enſicula
Erebus abſq; aſpiratione initii ſcribitur:etſi Gaſparinus cum aſpirato princi/ Expres
pio annotari præcipiat. Neq; ab hæreo hæres deſcendit/ut idẽ Gaſparinus/ Expes
Virgilius Vgutio/Catholicõ/tradiderũ. Et mediã corripit ſyllabã/dicẽte Virg. illi9 ergo. Erebus
Virgilius Venim9:& magnos erebi tranauimus amnes. Aſt alibi idem Virgilius ſcribit
erebum/quandam apud inferos obſcuritatem eſſe/quom ait. Exors
Varro imas erebi deſcendit ad umbras. Noctẽ etiã ab erebo natã eſſe/dixit Varro. Exos
Exors/extra ſortẽ/exos/extra oſſa/uel ſine oſſibus dicitur. Lucretius libro.iii. Epilogus
Lucretius Exos/& exanguis tumidos perfluctuat artus.
Epilogum
Epilogus cũ i latio/& epilogũ/i uno ſignificato accipi poſſũt. Dici põt poratio. Exlex
Exlex huius exlegis/is dicitur/q ſine lege/ul' extra legẽ degit:q etiã illex huius Illex

Plautus illegis cũ duplicato l/dici poteſt.Plautus in Perſa.Impure/inhoneſte/iniure/
Germanicus illex.Elix huius elicis cum unico l/ſulcus uocatur aquarius:per quem ſcilicet Elix
Iginus aqua e liris educitur.Helix cum aſpirato initio/& unico l/genus eſt Hederæ. Helix
Ouidius Helice huius helices/urſa maior dicitur.Germanicus in Arato.Hic Iouis al/ Helice
Tortellius trices Helice/cynoſuraq; fulgent.Fuit etiam eiuſdem nominis urbs Achiuorũ
teſte Igino/dicente Ouidio libro metamorphoſeos.xv.
Si quæras Helicen/& Burin/Achaidas urbes.Tortellius autem abſq; aſpira/
to initio ſcribi debere elicem præcipit.
Plautus Ebrius/& ebriacus/in uno ſignificato accipi poſſunt.Vnde Plautus ait in au Ebrius
laria.Homo hebriacus ſomno ſanari ſolet. Ebriacus
Liuius Epiſtola cum i latino ſcribitur.Titus aũt Liuius quom apoſtolos ſuos fregit in Epiſtola
ſenatu/pro epiſtolis/apoſtolos dici poſſe oſtendit. Apoſtolus
Pſalmogra phus Erodius abſq; aſpirato initio/& erodio/in recto/ declinari põt. Pſalmogra/ Erodius
phus.Erodii domus dux eſt eorũ.Hieronymus in leuitico capitulo.xi. Hæc Erodio
Hierõymus ſunt/quæ de auibus comedere non debetis/& uitanda ſunt uobis:aquilã:gry
phem:haliætum:miluum:uulturem/iuxta genus ſuum:& omne coruini ge/
neris in ſimilitudinem ſuam:ſtruthionem:noctuam:larum:& accipitrem/iu
xta genus ſuum:bubonem:mergum:ibim:cygnũ:onocrotalũ:porphyrionẽ:
erodionem:charadrion/iuxta genus ſuũ:epopem quoq;:& ueſpertilionem.
Genus eſt auis:in quam cõuerſam eſſe Pallada/quom Vlyſſi faueret explora
Homerus tori/tradit Homerus libro iliados decimo.
Exemplare/& per apocopen exemplar/& exemplarium/& exemplũ/in uno Exemplare
Pompeius (ut probabimus)ſigficato accipi poſſũt. At uero Põpeius/exemplũ (inquit) Exemplar
eſt/quod ſequamur/aut uitemus:exemplar aũt/ex quo ſimile faciamus.Iſtud Exẽplarium
(ut ait)animo æſtimatur:illud oculis conſpicitur.Verum traditio hæc apud Exemplum
Qũitilianus auctores non ſemper obſeruata eſt.Vnde Quintilianus libro decimo ait.Sic
litterarum ductus/ut ſcribendi fiat uſus/pueri ſequuntur:ſic muſici uocẽ do/
centium:pictores opera pictorum:ruſtici probatam experimento culturam/
in exemplum intuentur.Hoc enim loco/exemplũ eſt/ex quo ſimile facimus.
Saluſtius Idem Saluſtius/litteras quas ſibi nomine Catilinæ redditas dicebat/exemplũ
(inquit)earũ/infraſcriptũ eſt:hoc eſt/earũ forma infraſcripta eſt.Vnde Oui/
Ouidius dius de opere ſuo metamorphoſeon loquens libro triſtium primo/ait.
Pluribus exemplis facta fuiſſe reor:ideſt exemplaribus/uel formis.Nam ex/
Paulus emplum forma eſt.Paulus iuris conſultus/ſi legatum(inquit)petatur non iu
bet prætor uerba teſtamenti edere:ideo fortaſſe/quia hæredes ſolent habere
exemplum teſtamenti:ideſt formam.Hinc Cicero ad Apium/ait.Ex iis litte/
Cicero ris/quarum ad me exemplũ miſiſti:ideſt exemplar.Exemplare etiam/& ex
Lucretius emplar/animo æſtimatur.Lucrecius libro ſecundo.parua poteſt res
Horatius Exemplare dare:& ueſtigia noticiai.Horatius.
Horatius Plautus ad exemplar Siculi properare Epicharmi.Idem in arte poetica.
Reſpicere exemplar uitæ/morumq;/iubebo
Horatius Doctum imitatorem.Idem epiſtolarum libro primo.
Rurſus quid uirtus/& quid ſapientia poſſit/
Lucanus Vtile propoſuit nobis exemplar.Lucanus libro nono.
Cicero Quære quid eſt uirtus:& quære exemplar honeſti.Cicero lib.ii.de oratore.
Quitilianus Illa oratio fuit mihi exẽplar bene dicendi.Quintilianus libro decimo Cor/
nellius autem Seuerus/etſi uerſificator/q̃ poeta/melior/ſi tamen(ut eſt dictũ)
ad exemplar primi libri/bellum Siculum perſcripſiſſet/uendicaret ſibi ſecũ
dum locum.Cicero pro Muræna.Domeſticũ te habere dixiſti exemplum ad
Cicero imitandum.Eſt illud quidem exemplum tibi propoſitum domi.Sed tamen
naturæ ſimilitudine/illud ad te magis/qui ab illo ortus es/q̃ ad unumquẽq;
noſtrum pertinere potuit.Ad imitandum uero/tam mihi propoſitum exẽ/
plar illud/q̃ tibi.hæc ille.Comperitur etiam(ut diximus)& hoc exemplariũ.
Plinius Plinius libro ſexto.Iuba hæc omiſit in hoc tractatu/niſi exemplarium
uitioſum eſt.Exemplũ itẽ/id dicitur/quod adhibetur/rei aut probandæ/aut

ornandæ cauſa: unde pars probationis uocatur ab exēplis: & in elocutione/
exemplū inter ornamēta numeratur: pro quo/exemplar nequaq̄ dixeris.

Epiſynalœpha cum i latino in ſecunda/& y græco in tertia/& œ diphthongo — Epiſynalœpha
in penultima ſyllaba ſcribitur. Neq; a lympha/quod cum y græco ſcribitur/
deſcendit/ut cum Catholico Vgutio ſomniauit. Sed ex epi/& σнμαλοιφн/
quæ eſt coniunctio/componitur. Eſt enim figura/qua duarum ſyllabarū fit
in unam conglutinatio: quod in diphthongo/& ſynhæreſi/ſæpiſſime fieri cō
(Ouidius) tingit: ut eſt apud Ouidium libro metamorphoſeos duodecimo.
Laertiadæq; fuit tantæ fiducia laudis. Nam Laertiades patronymicum eſt ab
(Ouidius) eo qui eſt Laertes/trium uidelicet ſyllabarum: ut eſt apud eundē li. heroidū.
(Georgius) Laertaq; ſatus/per quos comitata redirem.

(Apuleius) Elleborus abſq; aſpiratione initii/ut uult Georgius Merula/& cum duplicato — Elleborus
(Torellius) l/& elleborum/ declinari pōt: quod tamē Apuleius/& Tortellius cū aſpira/ — Elleborū
tiōe hac uidelicet ſcriptura helleborū ānotari præcipiūt. Hærba ē purgatoria.

Enormis/& enormus/tertia/& ſecunda declinatione declinari poteſt. — Enormis, Enormus

Elumbis/& elumbus/tertia/& ſecunda declinatione declinari poteſt. — Elumbis, Elumbus
(Pompeius) Vnde Pompeius ait. Elumbum/auulſo lumbo.

(Hierōymus) Exprobro exprobras datiuo iungitur/& accuſatiuo. Hieronymus in parabo/ — Exprobro
(Herōymus) lis. xvii. ca. Qui deſpicit pauperē/exꝑbrat factori eius. Idē i li. prio regū cap.
.xvii. Quis ē .n. phyliſtæus hic incircūciſus qui exprobrauit acies dei uiuētis?

Echo cum ch aſpirato ſcribitur: nec ab εικωμ quod apud Græcos cum ει diph — Echo
thongo & κ ſcribitur/& a noſtris effigies tranſfertur/deriuatur/ut cū Catho
(Perſius) lico Vgutio ſomniauit. Soni dicitur/uel uocis repercuſſio. Perſius. Repara/
(Ouidius) bilis aſſonat echo. Ouidius libro metamorphoſeos tertio.
Planxerunt dryades: plangentibus aſſonat echo.

(Pollux) Exodiū abſq; œ diphthōgo ſcribit. Genus ē cātus/teſte Iulio Polluce: quē (ut q — Exodium
dā uolūt) cedētes de theatro cātare cōſueuerāt. Et tūc hēt ſecundā ſyllabā pro
ductā. Nā ab ὠδн/q eſt cātus/deſcēdit. Exodiū itē/erogationē apud nos deſi/
gnare hēt/quom ab ἐξοδραζω/qd erogo ſignificat/uel expēdo/deducit: de
(Iuuenalis) quo itellexit Iuuenalis ſatyra tertia dicēs. tādēq; redit ad pulpita notū Exodi
um. Nā quædā erat cōſueta/ac manifeſta cōtributio/ſeu erogatio: quæ quidē
(Suetonius) ex ludis dabatur/dicēte Suetonio in Tyberio. Vnde uox Atellanico exodio/
ꝓximis ludis/aſſenſu maxio excepta ꝑcrebruit/hircū capreis naturā ligurire.
Neq; hac in pte errauit apte Tortellius/Iuuenalis exodiū/erogationē inter/
pretatus: ſed illius carptor falſus eſt Georgius. Nō itelligis hōe uir ꝙ ſi apud
Iuuenalē/exodiū cantū (ut aſſeris) ſignificaret/ſecundā ſyllabā produci opor
(Feſtus) teret nō corripi? Rurſus exodium apud nos finē/uel exitū ſignificat: ut erudi
(Marcellus) te Feſtus/& Marcellus/interpretati ſunt/quos etſi carpat/errat tñ ipſe Geor/
gius: dū nil aliud/præterq̄ cantū/exodiū ſignificare exiſtimat. Nā cū ab ἐξ καὶ
ὀδοσ/quæ ē uia/exodiū (ut præfati uolūt auctores) cōponit/recte finē/uel
(Varro) exitū/deſignare hēt/quom ſcilicet ſecūda ſyllaba corripit. Vnde Varro/eodē
(Marcellus) referente Marcello/ait. Vt cognoſcere poſſem/quæ ſeruitutis/& libertatis/
ab origine ad exodiū ductæ. Et alibi. Quod cœperas/mō i uia narra: ut ad ex
odium ducas. Vis ne tu qui alias doctus haberis/exodium/hoc in loco cantū
interpretari? minime: ſed finem.

(Nonius) Ergaſtulum (ut ſcribit Nonius) locus eſt carceris in oculto. Iuuenalis. — Ergaſtulum
(Iuuenalis) Nempe in Lucanos: ut Tuſca ergaſtula mittas. Ponitur nōnunq̄ ergaſtulum — Ergaſtulus
(Iuuenalis) pro officina/uel taberna: ut eſt apud eundem Iuuenalem. poſcitq; maritum:
Paſtores: pueros omnes: ergaſtula tota. Ergaſtulus/is dicitur/qui in eo loco
(Plinius) ſcilicet ergaſtulo operatur/dicente Plinio. Sed nos miramur ergaſtulorum
(Marcellus) non eadem emolumenta eſſe. Ergaſtulus itē/pœnalis loci cuſtos uocatur/te
ſte Marcello/Lucilliū īducēte dicentē li. quītodecio. Non ergaſtulus unus/&
(Lucillius) alius/indicem appoſuit: ut nemo ſentētiam libere q̄ ergaſtulus dicere poſſit.

Ecloga abſq; æ diphthōgo/& cū c ſcribitur: & ab ἔκλεγω/ quod eſt eligo/qd — Ecloga
componitur ab ἐξ & λέγω/deſcendit. Græci enim ſolent/quando ἐξ compo/

nitur cum dictione incipiente a conſonante/mutare ξ in κ/ut eclipſis/ecloga.
Verum quia inter c & g reciproca eſt mutatio/facile c in g conuerſo/in erro/
Guarinus rē inducti ſunt Guarinus/& Tortellius:qui cum æ diphthongo/ſequente g/
Tortellius hac ſcilicet ſcriptura ægloga ſcribi uoluerunt/maxime quia Græci omnes di/
ctiones ubi e eſt ante g/per αι diphthongū annotare conſueuerunt:ut aegō/
Aegæon/Aegyptus/præter ἐγω pronomē/& ἔγειρω/ideſt erigo .Interpreta
Plinius tur autem ecloga exceptū/ut li.quarto epiſtolarū Plinius nepos/& libro quar
Euſebius to eccleſiaſticæ hiſtoriæ Euſebius/atteſtātur.Neq; ſermonem d' capris ſignifi/
Vgutio cat/ut cū Catholico ſōniauit Vgutio.Tūc.n.potius aegologa diceret/q̃ ægloga.

FAbaris/Fabar/in recto/declinari pōt:ſicut Araris/& Arar.Fluuius Fabaris
Virgilius eſt/q p Sidoniā trāſit:cuius meminit Virg.li.æneidos.vii.dicens. Fabar
Qui Tyberim/Fabarimq; bibunt.hic alio noie Farfarus uocatur. Farfarus
Seruius teſte Seruio ſuper librum Virgilii præfatum:quo cum nomine.
Ouidius Ouidius libro metamorphoſeos quartodecimo.nominauit/ quom dixit.
Narue tulit præceps:& opacæ Farfarus undæ.
Marcellus Facio/paſſiuū facior apud antiquos habuit/teſtibus Marcello/& Priſciano. Facio
Priſcianus Vnde Cicero ad Panſam ait.Nos quotidianis rumoribus calefacimur.Varro Facior
Cicero in Cynico.Si deorum cura/non facitur ſatis reipublicæ pro ſatiſfacitur.Ni/ Factus
Varro gidius cōmentario.xxx.Id quod huiuſmodi eſt/facitur.Ouidius libro meta Factum
Nigidius morphoſeos tertio.
Ouidius Vadit ubi feſtus facienda ad ſacra Cithæron.A factum ſupino/fit hic factus
huius factus:qui(ut Vgutionis uerbis utar)actus faciendi/uel paſſio fiendi di
citur:& hoc factum/quod ſcilicet fit.Compoſita cum facio/quæ a litteram re
tinent/ut ſatiſfacio/liquefactio/calefacio/tepefacio/madefacio/& cætera hu/
iuſmodi/tam in ſecunda/& tertia perſona/q̃ in prima/accentū ſuper fa ſylla
Priſcianus bā detinent/teſte Priſciano:etſi alias ſyllabæ q̃titas correpta ſit. Auſonius.
Auſonius Diuerſa infœlix & lambit/& olfacit Ennius.Macer de uiribus hærbarum.
Macer Aſſatum/& feruens/ſi ſæpius olfacit aeger.Lucretius libro ſexto.
Lucretius curamq; repente
Conferuefacit/& paruis quia facta minute
Ouidius Corporibus uis eſt.Ouidius in faſtis.
Martialis Quantum ſi culmos titan incalfacit hudos.Martialis.
Calfaciunt uilli pallia ueſtra mei.
Varro Ficus cum i latino ſcribitur:nam a fæcunditate dicta eſt/auctoribus Varrone/ Ficus
Quitilianus & Quitiliano:ne ſcilicet Græcis omnia concedere uideamur:apud quos/ cū Ficulnea
ſ in initio/& y græco σῦκον ſcribitur:quod etiam antiqui noſtri protulere/ Ficulnus
Parthenius teſte Parthenio/Næuium referente dicentem.Hodie ſycos mihi recensfuit. Ficitas
Næuius Inde uenit ſycomorus/arbor ſcilicet morus/ſimilem moro fico fructum fe/ Ficitor
Strabo rens/teſte Strabone.Georgius in ſermone apoſtolorū. Implet paſtorem ar/
Gregorius mentarium/ſycomoros uellicantem:& prophetam facit.Sycomorus item/
ficus fatua interpretari poteſt:Nam σύκον(ut diximus)ficus/μωρος fatuus
Priſcianus interpretatur.Ficus quartæ declinationis/quom fœminini generis eſt/ fructū
Martialis deſignat/teſte Priſciano:quom uero/maſculini/morbi genus.Et affert aucto
ritatem Martialis/in hæc uerba dicentis.
Quom dixi ficus/rides quaſi barbara uerba:
Et dici ficos Cæciliane iubes.
Dicemus ficus/quas ſcimus in arbore naſci:
Dicemus ficus Cæciliane tuos:ita ut in quolibet horum uerſiculorum quar
tæ ſit declinationis/preterq̃ in ſecundo.Et per hoc/oſtendit Martialis/ſecun
Tortellius dum Priſciani ſententiam/morbum/& fructum/quartæ eſſe declinationis/ge
Laurentius nere autem differre.At uero Tortellius/& Laurentius/ficum morbum/ſe
cundæ eſſe declinationis tradunt.Sed & pro fructu/ficus tā ſecūdæ declina/
tionis eſt/maſculini quidem generis/q̃ quartæ/fœminini tunc generis:quin
etiam pro arbore/tam quartæ/q̃ ſecundæ declinationis/ficus comperitur/

fœminini in utraq; generis:ut auctoritatibus cõprobabimus. Pro fructu/ma/
Plinius sculino genere/secunda declinatione/protulit Plinus libro. xvi. naturalis hi
storiæ/cum ait. Fici mirabiles sunt/& abortiui:qui nunq̃ maturescunt. Macro
Macrobius bius. Grossi appellantur fici/qui non maturescunt Plinius iunior in epistola
Plinius ad Octauum Rufum. Quæ nunc cum ficis/& boletis/certamen nondũ ha/
Horatius bent. Horatius in fine sermonum.
Cicero Pinguibus & ficis pastum iecur anseris albi. Cicero de senectute. Ex tantulo
grano fici. Fœminino aũt genere/Iuuenalis. si uis aliã decerpere ficũ. Quod
Iuuenalis (ut superius diximus) quartæ declinationis est. Pro arbore uero/quarta decli
Tullius natione protulit Tullius/quom dixit/uxorem suam suspendisse se de ficu. Se
Plinius cunda autem/Plinius libro præfato. Quidam breuitate radicum/senescere
celerius arbores putant:quod coarguũt fici:quarũ radices longissimæ sunt:
Festus & senectus ocyssima. Ficulnea/teste Festo/palus dicitur ficulnus. Vnde Plini[9]
Plinius eodem libro. xvi. Quibus & ficulnea/& ligna ex hedera tradentur. At uero
Hierõymus Hieronymus/pro fico arbore/ficulneam posuit/quom dixit in Luca capit.
Horatius .xx. Videre ficulneã/& oẽs arbores. A fico fit ꝑ materiato ficulnus. Horatius.
Olim truncus eram ficulnus inutile lignum. Ficitas/ficorum abundantia uo
Marcellus catur/uel fertilitas:ficitor/ficuũ amator/uel collector/teste Marcello/Næ/
Næuius uium inducente dicentem. Ficitores omnes cupiunt ficitatem.
Horatius Fascinus/& fascinum/dici põt:& mediam corripit syllabam. Horatius in epo Fascinus
do. Minusue/languet fascinum:idest incantatio. Inde fascino fascinas. Virgili Fascinũ
Virgilius us egloga tertia. Fascino
Nescio quis teneros oculus mihi fascinat hædos.
Ouidius Fabrico/& fabricor deponẽs usurpatur. Ouidius libro metamorphoseos. xiii.
Tullius Craterem Aeneæ/quem iam fabricauerat Alcon. Tullius li. iii. de oratore. Fabrico
Capitolii fastigiũ illud/& cæterarum ædium/nõ uenustas/sed necessitas ipa Fabricos
fabricata est.
Furio furis facit in præterito secundum analogiam furui:sicut sero serui: tero Furio
Sedulius terui:ut etiam in ipsa dictione uidebimus. Vnde & Sedulius ait.
Nec minus & Darii furuerunt iussa tyranni. De usu tamen/facit in præterito
insaniui:quod quidem ab insanio insanis accepit. Furens ablatiuo iungitur/
& genitiuo:ut est apud Virgilium libro æneidos. v. furens animi. Furio furias
Virgilius primæ coniugationis est. Papinius libro thæbaidos. xi.
Papinius & armatas furiarẽt orgia matres:idest cum furore concitarent.
Diomedes Facesso facessis/facit in præterito facessi/testibus Diomede/& charisio:in supi Facesso
Priscianus no facessitum/teste Prisciano. Vgutio dicit ꝙ facit in supino facessum:quod Facessor
Charisius etiam Alexander tradidit/dicens.
Vgutio So siui/situmq; facit:sed deme capesso:
Alexander Quod si/sumq; facit:sic uiso:sicq; facesso. Quod uerbum (ut quidam uolũt)
Seruius desyderatiuum est. Seruius uero dicit esse uerbum frequentatiuũ. Festus aũt/
Festus & Nonius/pro facio poni uolunt. Virgilius libro æneidos quinto.
Nonius Imperio læti parent:ac iussa facessunt. Facessere item abire significat/uel di/
Virgilius scedere/testibus Festo/Nonio/Seruio:ut est etiam apud Terentium in phor
Festus mione. Hæc hinc facessat:tu molestus ne fias. Cicero passiuum facessor pro/
Nonius tulit/quom pro Cluentio ait. Sed hoc polliceor oĩbus/si cui facessit negociũ.
Seruius Fasti/& fastus/secunda/& tertia declinatione declinari põt. Ouidi. fastorũ. i. Fasti
Terentius Quod tamen ex illis licuit mihi dicere fastis. Lucanus libro decimo. Fastus
Cicero Non meus Eudoxi uincetur fastibus annus. Quem etsi Seruius impudenter
Ouidius carpat/poetæ tamen præualet auctoritas:quam etiam Priscianus confirma/
Lucanus uit Erant autem fasti/annales. Fastus huius fastus/superbiã designare habet.
Priscianus Filũ cũ i latino/& unico l/in singulari numero/neutri generis est:in plurali ue/ Filum
Phocas ro/tam masculini/q̃ neutri/teste Phoca. Phyllum cum ph/& y græco/& du/ Phyllum
plicato l/apud nos folium transfertur.
Priscianus Farcio facit in præterito farsi:in supino fartum/teste Prisciano. Vgutio dicit ꝙ Farcio
Vgutio facit in præterito etiam farciui:in supino farcitum.

Nonius Fallacia/& falla cum duplicato l/in uno significato accipi possũt/teste Nonio: Fallacia
Næuius qui & Næuium refert dixisse in decumis. Me non uocabit ob eam rẽ: hanc fe Falla
Pompeius ci fallam: ideſt fallaciam. Fala cum unico L/altum dicitur ædificium/teste Põ Fala
Nonius peio: uel (ut scribit Nonius) falæ/turres appellantur ligneæ/a falando dictæ: Phala
Nonius quod apud Hetruscos cælum significat/ Auctores sunt Nonius: Festus: Ser/ Phalum
Festus uius. Iuuenalis satyra sexta.
Seruius Consulit ante falas: delphinorumq; columnas. Ennius libro. xv.
Iuuenalis Malos diffindunt: fiunt tabulata: Falæq;/Phala itẽ/simulacrum uocatur.
Ennius Eusebius de Aegyptiaca astrologia. Hinc Græcos accepisse/ut Dionysii or/
Eusebius gia/& dies festi/cũ honore huius mẽbri/hoc ẽ Penis/fierent. cuius simulacrũ in mysteriis ferentes/Phalam/uel Phalon appellant. Hæc ille.

Pompeius Furcylles cum y græco/& duplicato l/fœminino genere/& furcylla neutro/te ste Pompeio/declinari põt. Machinæ sunt/in quibus fures cyllentur/ uel su/ spenduntur: quæ patibula/uel cruces/aut furcas uocamus. Furcylles Furcylla Furcæ

Februi/manes dicti sunt. Februa aũt appellantur quæcunq; purgamenti causa Februi
Pompeius adhibentur/ut scribit Pompeius. Ouidius. Februa
Februa Romani dixere Piamina patres. Ferox

Marcellus Ferox/& ferus/hoc distant: ꝙ (ut tradit Marcellus) ferox animus dicitur: ferus Ferus
Marcellus ãt leo. Ab eo qđ ẽ ferox/fit uerbũ ferocio ferocis/testibus Marcello/& Festo. Ferocio
Festus Ferocia/& ferocitas/in uno significato accipi possunt. Pompeius. Toruitas a fe Ferocia
Pompeius rocia taurorum est uocata/quasi tauri acerbitas. Cicero libro sexto de repu Ferocitas
Cicero blica. Qui comperit eius uim: & effrænatam illã ferociã. hoc aũt iter feritatẽ/ Feritas
Nonius & ferociam/seu ferocitatem intereſt/Nonio auctore/ꝙ feritas diri semper est Ferax animi: ferocitas uero/sæpe laudi habetur: ut est ferocitas militum. Fertilis

Ferax/& fertilis/in uno significato accipi possunt. Simili quoq; modo feraci/ Feracitas tas/& fertilitas. Fertilitas

Fero fers fert facit in præterito tuli: quod quidem a tollo accepit. Est autem fer Fero
Virgilius re consuetudine/portare. Virgilius libro æneidos quinto. Ferio
Virgilius Vix illam famuli phegeus/Sagarisq; ferebant. Ferre/ostentare. Virgilius li/ Ferior bro æneidos nono. captiuo siue ut se ferret/& auro
Virgilius Venatrix. Ferre/habere. Virgilius libro ænei. v. in magno murmure Cisseus
Virgilius Ferre sui dederat monumentũ/& pignus amoris. Ferre/pati. Virgilius. lib. ii.
Virgilius æneidos. miserere animi non digna ferentis. Ferre/conferre. Virgilius libro æneidos quinto quibus acer Eryx in prælia suetus
Virgilius Ferre manũ. Ferre/disturbare. Virgilius libro æneidos primo.
Virgilius Quippe ferant rapidi secum/uerrantq; per auras. Idem libro. æneidos. ii. alii rapiunt intensa/feruntq;
Virgilius Pergama. Ferre/dicere/nominare. Virgilius libro æneidos septimo.
Virgilius Threiciamq; Samum/quæ nunc Samothracia fertur. Ferre/ dare exhibere. Virgilius libro æneidos tertio.
Virgilius Sacra Dionææ matri/diuisq; ferebam. Ferre/efferre. Virgilius libro æneid. undecimo.
Tullius Legati responsa ferunt. Tullius de suppliciis. Prohibetur suis liberis cybum/
Virgilius uestitumq; ferre. Ferre/dirigere ducere. Virgilius libro æneidos sexto. Hinc uia tartarei quæ fert Acherontis ad undam. Ferio Feris quartæ cõiuga
Ouidius tionis/facit in præterito percussi: quod a percutio percutis accipit. Ouidius. Ipsaq; cæruleis Dia fertur aquis. Ferio ferias primæ coniugationis/ & ferior
Hierõymus deponens/dici põt. Hieronymus in libro secundo Macchabæorum capitulo quinto. Qui cum uenisset Hierosolymam/pacẽ simulans/quieuit usq; ad diẽ sanctũ sabbati: & tunc feriatis Iudæis/arma capere suis præcepit.

Fatigo fatigas cum f/a modernioribus scribitur: sicut & fero fers. Est autem fa Fatigo
Virgilius tigare/ad lassitudinem deducere. Virgilius libro æneidos quinto. Fatisco
Virgilius Veloces iaculo ceruos/cursuq; fatigat. Idem libro æneidos undecimo. Fatiscor
Virgilius quos nulla fatigãt Prælia. Fatigare/cõmouere pturbare. Virgi. li. æneidos. i. Fateor
Tullius Quæ mare nũc/terrasq; metu/cælũq; fatigat. Fatigare/cõprimere cohibere Fator

Tullius libro officiorum tertio. Qui non uerhis sunt/& disputatione philo/
Virgilius sophorum/sed uinculis /& carcere fatigandi. Fatigare/ instigare cogere.
Virgilius Virgilius libro æneidos nono. collecta fatigat
Ex longo rabies/&. siccæ sanguine fauces. Fatigare/excitare hortari increpa
re. Virgilius libro æneidos quarto. sociosq; fatigat:
Virgilius Præcipites uigilate uiri. Fatigare/percutere. Virgilius.
Virgilius Cornipedemq; citum ferrata calce fatigat. Idem libro æneidos nono.
Nonius uersaq; iuuencum Terga fatigamus hasta. A fatigo/fit fatisco/& fatiscor de
Priscianus ponens/testibus Nonio/& Prisciano. Virgilius libro æneidos primo.
Virgilius Accipiunt inimicum imbrem: rimisq; fatiscunt. Varro rerum humanarum.
Varro Altera ira/altera uulneribus/fatiscuntur. Gellius aũt libro. xviiii. noctium at
Gellius ticarum/a fateor fateris/fatiscor deponens uerbum formatum tradit.
Accius Accius. Haud fatiscar/quin tuã iplorem fidẽ. Fator fataris a fatũ descendit su
Pompeius pio huius uerbi faris uel fare, fat. Et significat fatari mlta loq/auctore Põpeio.
Fligo fligis tertiæ coniugationis/facit in præterito flixi: in supino flictum. Fli Fligo
go fligas primæ/format præteritum fligaui: supinum fligatum.
Fluo fluis facit in præterito fluxi: in supino fluxum. & fluctum. Est aũt fluere/ Fluo
Virgilius decurere. Virgilius georgicorum primo.
Hæc eadem argenti riuos/ærisq; metalla
Virgilius Ostendit uenis: atq; auro pluria fluxit. fluere/minui deficere. Virg. li. ænei. ii.
Ex illo fluere/ac retro sublapsa referri
Spes danaum. Fluere/latius/& liberius excrescere. Virgilius georgicorum se
cundo. tum deniq; dura
Virgilius Exerce imperia: & ramos compesce fluentes.
Fluctus/secunda/& quarta declinatione/declinari põt. Vnde Accius Marcel/
Marcellus lo referente/ait in Clytemnæstra. Flucti immisericordes iacuere. Fluctus
Accius Fiscina/genus est uasis ex iunco. Et corripit mediã syllabam/dicẽte. Virgilio. Fiscina
Ptolemæus cos cum ει diphthongo annotatur: Et facit in genitiuo iris. huius hoſtium eſt
a parte ſeptentrionali Cappadociæ/teſte Ptolemæo. Iria urbs eſt Taurinoꝝ
in Italia/ut idem Ptolemæus oſtendit.
Lucanus Iſis cum i latino utrobiq̃/& unico ſ ſcribitur: & facit in genitiuo Iſis/uel Iſidis Iſis

Iuuenalis Fuit Inachi regis filia/alias Io uocata. Lucanus libro sexto.
Ptolemæus Nos in templa tuam Romana recepimus Isim. Iuuenalis. Is
Herodotus Nuper enim repeto phanum Isidis. est & eodem nomine insula in sinu Ara Issa
bico/ut Ptolemæus ostendit. Is/urbs fuit/ a Babylone distans itinere dierum Issus
Ptolemæus octo: & eodem nomine fluuius prope eandem/teste Herodoto libro histo/ Isus
Ptolemæus riarum primo. Issa/insula est Dalmatiæ adiacens: & eiusdem nominis urbs Isæus
Pomponius in ea/teste Ptolemæo. Issus/urbs est Ciliciæ ut idem Ptolemæus ostendit. Isæum
Ptolemæus Alius locus eiusdem nominis/Syriæ est Antiochiæ/teste Pomponio Mela:
& eodẽ noĩe Syriæ fluuius/teste Ptolemæo. Isus cũ unico s/fuit Priãi regis
Quĩtilianus filius nothus. Isæus cum unico s/& æ diphthongo/proprium fuit uiri nomẽ:
Iuuenalis cuius meminit Quintiliãus libro. xi. & Iuuenalis/quom ait. sermo Prõptus/
& Isæo torrentior. Isæum eadem scriptura/uilla quædam est Brixiæ in Ve
Martialis netia. Isæus eadem scriptura/siue Isæum/fluuius est: de quo Martialis. Isæum
Seraphin/Nilus ueneratur Osirim.
Phocas Ismarus in singulari numero/masculini generis est: in plurali uero/neutri/teste Ismarus
Seruius Phoca. Mons est Thraciæ/teste Seruio. Virgilius in bucolicis. Ismara
Virgilius Nec tñ Rhodope mirat/& Ismarus Orphea. Idẽ geo. ii. iuuat Ismara baccho
Virgilius Conserere. Ismara huius Ismaræ/urbs est Ciconum in Thracia/super monte
Virgilius Ismaro sita: de qua Virgilius libro æneidos. x. meminit dicens.
Et tres quos Idas pater/& patria Ismara mittit.
Itys huius Ityis cum t exili/& y græco in secũda syllaba scribit. Fuit filius Terei Itys
Thracum regis/conuersus postea in auem sui nominis: quem alias phasianũ Itylus
Ouidius uocant. Ouidius libro secundo de fine titulo.
Catullus Atq; sua cæsum matre queruntur itym. hic a Catullo Itylus dicitur. Ait enim.
Daulias absumpti fata gemens Ityli. est & eodem nomine filius post Nouã/
Ptolemæus tum promontorium/ut Ptolemæus ostendit.
Probus Instar/facit in genitiuo instaris/datiuo instari/teste Probo: quod tamen Serui Instar
Seruius us dicit esse indeclinabile: Quod (ut ait super illud Virgilii / Instar montis
Agrætius equum) ad respuit prepositionem. Idem tradit Agrætius in Caprum.
Quod tamen non semper obseruatur. Vnde eodem referente Seruio/Sere/
Seruius nus lyricus ad istar protulit. Similiter & diuus Hieronymus/quom dixit in
Serenus Iob capitulo uigesimo. Et gaudium hypocritæ ad instar puncti.
Hierõymus Idem in Iosue capitulo tertio. Steteruntq; aquæ descendentes in uno loco: &
Hierõymus ad instar montis intumescentes/apparebant procul ab urbe.
Priscianus Iuro iuras facit in præterito iuraui/& iuratus sum/teste Prisciano. Cicero in Iuro
Cicero rhætoricis. Ex eo/q ait/se non potuisse adesse/ita ut iuratus fuerat. Inde deie
Lucanus ro: periero. Lucanus libro septimo.
Priscianus stygias qui perierat undas. Adiuro autem/& coniuro/u litteram retinent.
Probus Inquies huius inquietis/trium generum est/testibus Prisciano/& Probo. Inquies
Priscianus Iter huius iteris/& itiner huius itineris/declinari potest/testibus Prisciano/& Iter
Nonius Nonio. Horatius in epistolis. non mihi Cumas. Itiner
Horatius Est iter: aut Baias. Lucretius libro quinto.
Lucretius Concussos itere/& labefactos aere multo. Accius in occeano. Nam te lõgo
Accius itere cerno. Næuius in Lycurgo. Ignoti iteris sumus. Marcus Manilius li. i.
Næuius Fecit & ignotis itiner commertia terris. Plautus i mercatore. Ergo itiner ex
Manilius equi meum me sines.
Plautus Iecus huius iecoris/& iecinus huius iecineris/sicut munus/funus/teste Priscião/ Iecur
Priscianus declinari potest: quod Vgutio etiam hocieciner/sicut itiner/dici posse tra/ Iecinus
Vgutio didit. Horatius in fine sermonum. Ieciner
Horatius Pinguibus & ficis pastum iecur anseris albi. Persius satyra prima.
Persius Innata est/rupto iecore exierit caprificus. Festus in dictione fiber. Vnde & fi
Festus bras iecinerum/& fibrias uestimentorum dicimus.
Seruius Indages/& indago/in uno significato dici potest/teste Seruio. Indages
Quĩtilian9 Iubeo iubes/tam accusatiuo / q̃ datiuo iũgitur: ut est apud Quintilianum. Indago
Pater me iussit. Iubeo

Marcellus Iuſſus huius iuſſus/& hoc iuſſum/declinari poteſt. Vnde Siſenna referēte Mar Iuſſus
Siſenna cello/ait libro hiſtoriarum tertio. Tamen Tudertibus/ſenatuis conſul Iuſſum
to/& populi iuſſo/dat ciuitatem. Verum in plurali numero neutro tantum
Virgilius genere/& ſecunda declinatiōe uſur patur. Virgilius li. æneidos. v.
Imperio læti parent: ac iuſſa faceſſunt.
Hierōym⁹ Initio initias/& initior deponens uſurpatur. Hieronymus in exodo capitulo Initio
Pſalmographus .xxviiii. poſtq̄ initiaueris manus eorum. Pſalmographus. Et initiati ſunt Be/ Initior
helphegor. Eſt autem initiari incipere/conſecrare/ſeu ſacrificare.
Inficio inficis/& inficior inficiaris/hoc diſtant: ꝙ inficere deturpare/maculare/ Inficio
Ouidius ſeu tingere ſignificat: inficiari uero/negare/ſeu diffiteri. Ouidius li. meta. xi. Inficior
Stabat opus: præciū rex inficiat: & addit. Inde inficiæ/& inficiatōes dictæ ſūt/
debitæ ſcilicet rei negationes/quom p creditorē a debitore depoſcitur.
Diomedes Inuideo inuides/teſte Diomede/pōt a parte poſt regere datiuum: & ultra dati Inuideo
Virgilius uū/genitiuū/accuſatiuū/ablatiuū: ut inuideo tibi gloriæ/gloriā/glīa. Virgi. Inuideor
Virgilius Liber pampineas inuidit collibus umbras. Regit & qn̄q; accuſatiuū. Virgi.
Tene (inquit) miſerande puer/quom læta ueniret/
Horatius Inuidit fortuna? Vnde & inuideor paſſiuum comperitur. Horatius.
Ego cur acquirere pauca
Si poſſum/inuideor?
Virgilius Impleo imples regit poſt ſe accuſatiuum: & ultra accuſatiuum/genitiuum/uel Impleo
ablatiuum. Virgilius.
Virgilius Implentur ueteris bacchi: pinguiſq; ferinæ. Idem li. æneidos quarto.
Sic effata ſinum lachrymis impleuit abortis.
Virgilius Impono imponis/iungitur accuſatiuo: ut eſt apud Virgiliū libro æneidos. v. Impono
Hierōymus Sed finem ipoſuit pugnæ. Quom autem pro decipio ponitur/datiuū expo
Quītilianus ſtulat. Hieronymus in geneſi. Quare impoſuiſti mihi. hoc eſt decepiſti me.
Quintilianus. Spes tibi perpetuæ laudis impoſuit. Iuuenalis.
Iuuenalis facile eſt barbato imponere regi.
Inceſſo inceſſis/accuſatiuo iungitur: ut inceſſit me ille: ideſt offenſurus me pe/ Inceſſo
Sylius tit/uel accuſat. Sylius libro. v. Tum præceps ruit in mediū: tæluq; fatigat/
Virgilius Flaminium inceſſens. Regit & quandoq; datiuum. Virgilius georgico. li. iiii.
Valerius nam ſæpe duobus regibus inceſſit magno diſcordia motu. Valerius Maxi/
mus li. i. Nec mihi cuncta cōplectendi cupido iceſſit: hoc ē ſubiit/uł inuaſit.
Nonius Inuado inuadis/tam datiuo/q̄ accuſatiuo iungitur. Vnde Varro/referente No/ Inuado
Varro nio/ait libro de uita patrum quarto. Tāta porro inuaſit cupiditas honorū
Virgilius plæriſq;. Virgilius æneidos libro ſexto.
Nuncq; inuade uiam: uaginaq; eripe ferrum.
Virgilius Induo induis: duos poſt ſe accuſatiuos regit diuerſos: & nonnunq̄ poſt accuſa/ Induo
tiuum/ablatiuum. Virgilius.
Quītilianus Indutoſq; iubet truncos hoſtilibus armis. Regit & quandoq; poſt accuſatiuū/
datiuum. Quintilianus libro primo. Nihil eſt enim peius iis/ qui Paulū qd
ultra primas litteras progreſſi/falſam ſibi ſcientiæ perſuaſionem induerunt.
Virgilius Virgilius libro æneidos undecimo.
Harum unam iuueni ſupremum mæſtus honorem Induit:
Marcellus Inſolitum/& inſolum/in uno ſignificato dici poteſt/teſte Marcello. Aphrani/ Inſolitum
Aphranius us in uirgine. Ne ueniret quod non agitur inſolum. Inſolum
Nonius Iuxta/& iuxtim/idem ſignificant: & accuſatiuo deſeruiunt. Siſenna (ut refert Iuxta
Siſenna Nonius) ait. Iuxtim Numicium flumen obtruncantur. Iuxtim
Nonius Iraſcor/deponens eſt uerbum. Sed & iraſco ueteres protulerunt/teſte Nonio: Iraſcor
Pomponius qui & Pomponium refert dixiſſe. Noli quæſo iraſcere. Iraſco
Probus Imitor (ut tradit Probus) commune uerbum eſt: & cum unico m ſcribitur. Nā Imitor
Martialis primam/& ſecundam ſyllabam corripit. Martialis. Imito
Vis imiter ueteres Creſtille/tuoſq; poetas? Antiqui etiam imito protulerunt/
Nonius teſte Nonio Varronem inducente dicentem. Tuum opus nemo imitare pōt.
Varro: Et Liuius in Achille/ait. Si malos imitabo/tu precium pro noxa dabis.

Liuius Ineptitudo & ineptia/in una ſignificatione dici poteſt/teſte Nõnio. Ineptitudo
Nonius Igneſco/neutrum eſt uerbum. Sed & igneſcor deponẽs apud antiquos fuit. Vn Ineptia
Nonius de Laberius recitante Nonio/inquit. Figura humana inimici ardore igneſcit. Igneſco
Laberius Imbrex huius imbricis/maſculini eſt/& fœminini generis/ut Caper teſtatur/& Igneſcor
Caper Probus: corripitq; in obliquis bri ſyllabam/dicente Virgilio georgicorum Imbrex
Probus quarto. anguſtiq; imbrice tecti. Imbricium
Virgilius Neq; ab inebrio deſcendit/ut ſomniabũdus dixit Vgutio: ſed ab imbre: qđ
Plautus Græci ὄμβρος dicunt. Nam canalis eſt/quo aqua elicitur. Plautus. Fregiſti
imbrices meas/dum auri dictam ſectaris ſummam. Hoc & imbricium dicit.
Donatus Illudo illudis/datiuo/& accuſatiuo iungitur/teſte Donato ſuper Terẽtii Phor Illudo
Hierõymus mionem. Hieronymus in geneſi capitulo uigeſimoſeptimo. Timeo ne pu/
Terentius tet me ſibi uoluiſſe illudere. Terentius. Satin ſuperbe illuditis me? Virgili/
Virgilius us libro æneidos decimo.
Aut quæ ſopitos ludunt inſomnia ſenſus.
Seruius Inſomnium neutro genere/& inſomnia fœminino/teſte Seruio ſuper librum Inſomnium
quintum æneidos/hoc diſtant: q̧ fœminino genere inſomnia/uigilia dicit. Inſomnia
Virgilius Inſomnium autem/id eſt/quod per ſomnum uidetur. Virgilius libro ænei
dos decimo.
Aut quæ ſopitos ludunt inſomnia ſenſus.
Seruius Irriguum/& quod irrigat/& quod irrigatur/deſignare habet/teſte Seruio. Irriguum
Virgilius Virgilius georgicorum quarto. irriguumq; bibãt uiolaria fontem. Actiue
Hierõymus hic. Paſſiue autem/Hieronymus in libro Iudicum capitulo primo. Dedit er
go Caleph irriguum ſuperius: & irriguum inferius. Prius enim dixerat. Ter
ram arentem dediſti mihi. Da & irriguam aquis.
Indulgeo indulges facit in præterito indulſi: in ſupino indulſum/& indultum. Indulgeo
Virgilius Eſt autem indulgere/ueniam dare. Virgilius libro æneidos decimo.
Tolle fuga Turnum: atq; inſtantibus eripe fatis.
Virgilius Hactenus indulſiſſe uacat. Indulgere/dare detinere. Virgilius libro ænei. i.
Indulge hoſpitio: cauſaſq; innecte morandi. Indulgere/ſpacium maius dare.
Virgilius Virgilius georgicorum ſecundo.
Sin tumulis accliue ſolum/colleſq;. ſupini/
Indulge ordinibus. Indulgere temperare/clæmẽtẽ eſſe. Tullius officiorũ li. iii.
Tullius Magnus uir imprimis/& qui perindulgens in patrem/idem ſeuerus in filiũ.
Lucillius Iudulgere item/augere ſignificat: & tunc regit accuſatiuum. Lucillius li. xxx.
Nonius Tu q irã ĩdulges minis/mãus/abſtiere a muliere melius ẽ. i. auges/ĩterp̃te Noniõ.
Marcellus Indulgitas/& ĩdulgentia/in uno ſignificato dici põt/teſtibus Marcello/& Ser Indulgitas
Seruius uio ſuper ſecundum georgicorum. Cœlius libro ſeptimo. Cõſuetudine/uxo Indulgentia
Cœlius ris indulgitate. Siſenna libro hiſtoriarum tertio. Baſſus aſſidua indulgitate
Siſenna uictus. Virgilius libro præfato.
Virgilius Si non tanta quies iret/friguſq; calorem
Statius Inter & exciperet cœli indulgentia terras: ideſt tẽperãtia/uel tẽperies. Statius.
Martialis Vultus/& egregiæ tãta ĩdulgentia formæ: hoc ẽ/cui alius ĩdulgeat. Martia.
Præſtatur cano tanta indulgentia cunno.
Priſcianus Ipſe/uel more antiquo/ipſus ipſa ipſum/genitiuo ipſius/uel ipſi ipſæ ipſi/dati Ipſe
Plautus uo ipſi/uel ipſo ipſæ ipſo/teſte Priſciano/declinari põt. Plautus. Ipſus nec
Terentius amat: nec tu creduas. Terentius in andria. Ipſus mihi Dauus/qui intimus eſt
Aphranius eorum conſiliis/dixit. Aphranius in homine. Ipſi me uelle ueſtimenta dicito.
Plautus Ipſi dixit/pro ipſius. Huius ſuperlatiuũ Plautus protulit/quom in trinu ait.
Ergo ipſius eſt ipſiſſimus ad hinc/ab oculis.
Priſcianus Iſte iſta iſtud/genitiuo iſtius/uel iſti iſtæ iſti/Datiuo iſti/uel iſto iſtæ iſto/declia
ri poteſt/teſte Priſciano. Cato de moribus Claudii Neronis. Pecunia mea Iſte
Cato reipublice profuit/q̃ iſti modi tuum aes: hoc eſt/iſtius modi.
Priſcianus Ille illa illud/genitiuo illius/uel illi illæ illi/datiuo illi/uel illo illæ illo/teſte Ille
Cato Priſcião/declinari põt. Cato in Cæciliũ. Quis illi mõi eſſe uult? p illius mõi.
Caſellius Iuppiter cũ duplicato p ſcribit: & facit ĩ genitiuo Iuppitris/& Iuppiteris teſtibus Iuppiter

Priſcianus	Caſſelio/& Priſciano:non autem Iouis/ut indocti putant.Nam hic geniti/	Iouis
	uus. Iouis non uenit ab eo qui eſt Iuppiter: ſed ab eo qui eſt in recto Iouis.	
Cæcilius	Vnde in epiſtola Cæcilius ait.Nam nouus quidam deus repertus eſt Iouis.	
Accius	Accius in epinauſimache.Lucifera lãpade exurat Iouis arietem. Plautus in	
Plautus	caſina.Repente ut emoriantur humani Ioues.	
Tortellius	Iberus cum i latino a Tortellio ſcribitur/& abſq; aſpiratione principii/etſi a	Iberus
Gaſparinus	Gaſparino/& Apuleio/cum aſpirato initio/& y græco/hac uidelicet ſcriptu	Iberum
Apuleius	ra hyberus annotari præcipiatur.Fluuius eſt Hiſpaniæ/teſtibus Solino/&	Iber
Solinus	Plinio:de quo Lucanus libro quarto.	Iberia
Plinius	Qui præſtat terris aufert tibi nomen Iberus:quod & Iberum declinari põt/	
Lucanus	teſtibus Capro & Probo/præſertim qñ flumen ſequitur. Inde Iberus Ibera	
Caper	Iberũ/& Iber Iberis Ibere/teſtib9 Priſcião/& Seruio ſup li.vii.ænei.Horatius.	
Probus	Diſcet Iberus/Rhodaniq; Potor.Lucanus.occurrat Iberis alter.Idem.	
Priſcianus	Si tibi durus Iber/aut ſi tibi terga dediſſet.Inde Iberia cognominata eſt aliis	
Seruius	nominibus Heſperia/ſiue Hiſpania appellata/teſte Plinio libro.iiii.natura/	
Horatius	lis hiſtoriæ/cuius populi/Iberi(ut diximus)& Iberes/uocati ſunt.Alia ẽ eo/	
Lucanus	dem nomine Iberia/prouincia iuxta pontum/inter Colchida/& Armeniam:	
Lucanus	de qua Horatius.Hærbaſq; quas/Colchis/atq; Iberia mittit uenenorum fe	
Plinius	rax.Huius populi/etiam Iberi/& Iberes/dicti ſunt/teſte Priſciano.Virgili	
Horatius	us libro æneidos nono.	
Priſcianus	Pictus acu chlamydem/& ferrugine clarus Ibera.Valerius Flaccus libro.v.	
Virgilius	horruit omnis Armeniæ prætentus Iber.	
Valerius	Intercus huius intercutis/quom ſubſtantiuum eſt/fœminini eſt generis/ut qui	Intercus
	dam uoluerunt.Quando uero adiectiuum eſt/trium dicitur eſſe generum.	
Plautus	Plautus in fibolaria.Is mihi erat bilis/aqua intercus/tuſſis febris.Cato.Inter	
Cato	cutibus ſtupris obſtinatus:hoc eſt inteſtinis.Lucilius libro.xxviii.Aquam in	
Lucilius	animo habere intercutem.	
Cicero	Imber huius imbris/maſculini generis/facit in ablatiuo ſingulari/imbre/uel	Imber
Ouidius	ĩbri Cicero de ſignis.Cum eſſem uinctus nudus in aere/in imbri/in frigore.	
	Ouidius libro metamorphoſeos quarto.	
Virgilius	largoq; ſatos Curetas ab imbri.Virgilius.& uento pulſatus/& imbri.	
Cato	Sic claſſis/& febris/q̃uis ſolum in em accuſatiuum forment ſingularem/fa/	
	ciunt tamen ablatiuum in i/& in e.Cato in epiſtola ad filium.ex dolore/ex	
Virgilius	febri/ex ſiti.Virgilius.	
	Adductum Aeneam claſſi:Niſi forte uelimus dicere hic datiuum pro ablati	
	uo poſitum:ut in pluribus fieri conſueuit.Reliqua omnia/quæ in im/& in	
	em/accuſatiuum terminant/in e/& in i/format ablatiuum/teſte Priſciano:ut	
	turris:puppis:reſtis:nauis:peluis:clauis:ſecuris.Quidam addunt etiam cap/	
Martialis	paris:cuius accuſatiuũ in in per n/Martialis protulit/quom dixit.	
Priſcianus	Capparin/& putri cæpas halece natantes.	
Cœlius	Ico icis facit in præterito ici/teſte Priſciano:quin etiam & ieci.Cœlius libro.i.	Ico
Cæcilius	Qui cum his ita fœdus iciſtis.Cæcilius.Si unq̃ quiſq̃ uiderit/quem catapulta/	Iacio
	aut baliſta iecerit:ideſt percuſſerit.Ico(ut tradit Caper)primam corripit ſyl	Iaceo
Caper	labã:ſed & nõnunq̃ illã ꝑducit.Vnde Lucretius li.iii.ait.quæ quom animi uis	
Lucretius	Percuſſa eſt/exin corpus propellit:& icit.Iacio iacis facit in præterito ieci:in	
	ſupino iactum.Iaceo iaces ſecundæ coniugationis/format præteritũ iacui/	
	idem quod a iacio.	
	Iuuamen/& iuuamentum/uel potius adiumentum/in uno ſignificato dici põt.	Iuuamen
Marcellus	Iumentum non uenit a iuuo iuuas/ut Vgutio/& Catholicon/ſomniarũt:	Iuuamentũ
Varro	ſed auctoribus Marcello/& Varrone de lingua latina/iumentum dictum ẽ	Iumentum
	quaſi iugmentum/a iugando/hoc eſt/iungendo/g littera attrita.	Iſter
Caper	Iſter huius iſtri cum i latino abſq; aſpiratione ſcribitur.Fluuius eſt:quod & hoc	Iſtrum
Probus	Iſtrum dicitur/præſertim quando flumẽ ſequitur/ut Caper teſtatur/& Pro	Adubanum
Feſtus	bus.hoc & Adubanum/& danubium appellatur/ut ſcribit Feſtus.	Danubium
Priſcianus	Iubar neutri generis eſt/teſte Priſciano:quin & maſculini/teſtibus Capro &	Iubar

Caper Probo. Vnde & masculino genere protulit Ennius in annalibus/quom ait. Iuba
Probus Interea fugit albus iubar Hyperionis cursum. Iuba/coma uocatur.
Ennius Irrito irritas/quando prouocare significat/ri syllabã ꝓducit. Virg. li. æneí. x. Irrito
Virgilius Irritatq; uirum tælis: ac uoce lacessit. Horatius in arte poetica.
Horatius Segnius irritant animos dimissa per aurem. Columella libro undecimo.
Columella Et pelusiaci proritet pocula zythi. Propertius.
Propertius Ingenium positis irritat musa Poetis. Statius libro thæbaidos. xi.
Statius Et tunc ecce tuas irritat callidus iras. Inde irritus pro irritatus/ri syllaba con
Virgilius tra naturam correpta. Virgilius libro æneidos quinto.
Arte locum/& uariis assultibus irritus urget. In alio autem significato irritus/
Ouidius etiam ri syllabam corripit. Ouidius libro metamorphoseos primo.
Vota iacent/longiq; perit labor irritus anni: idest cassus.
Inclytus cum c/& t exilibus/& y græco scribit. Neq; a cluo cluis deducitur/ut Inclytus
cum catholico Vgutio somniauit. Sed ex ἐν quod est in/& κλυτός/ quod
almum/seu clarum indicat/componitur. Ex quo/græcum constat esse uoca
bulum: non latinum.
Incestus huius incestus/& hoc incestum/declinari potest. Neq; ex in/& castus Incestus
Lactantius componitur/ut cum Catholico somniauit Vgutio. Sed teste Lactantio grã/ Incestum
matico super librum secundum thæbaidos/a cesto dictum est. Ait enim. Ce
stus/cingulum dicitur Veneris: quo utitur ad honestas nuptias. Et quãdo uir
go Cadmo nupserat/ideo hoc uinxit. Nam ad turpes nuptias Venus dicitur
Lactantius non uenisse. Ideo incestum dicitur/quod a sacrato illo Veneris cingulo/non
fertur uinctum. Hæc ille. Idem super quintum thæbaidos/ceston (inquit) uo/
cãt/qua copulæ ex matrionio ius ẽ: ideoq; (ut ait) adulterio ꝑpetrant icesta.
Iniuria fœminini generis/notam habet significantiam. Iniurium neutri/periu Iniuria
Pompeius rium uocatur/ut scribit Pompeius. Iniurium
Ius huius iuris pro succo/format adiectiue iurulentum/& iussulentum. Corne Iuruleutus
Celsus lius Celsus. Tum res eadem/magis alit iurulenta/q̃ assa: magis assa/q̃ frixa. Iussulentus
Apulegius Apulegius in magiæ apologia/de Ennio scribens/ait. Ostendit qualirer q̃sq;
piscium assus/aut iussulentus/optime sapiat.
Martialis Leander/& Leandrus/in recto declinari potest. Martialis.
Martialis Cum peteret dulces audax Leandrus amores. Idem. Leander
Quod nocturna tibi Leandre pepercerit unda. Proprium fuit uiri nomen. Leandrus
Incolumus/& incolumis/secunda/& tertia declinatione/declinari potest. Incolumus
Ilarus/& ilaris/secunda/& tertia declinatione/declinari potest. Et (ut non nulli Incolumis
uolũnt) absq; aspiratione principii/& cum i latino/& unico l scribitur: etsi ab Ilarus
Apuleius Apuleio cũ aspirato initio ãnotari præcipiatur/ut in dictiõe hilaris uidimus. Ilaris
Imberbus/& imberbis/secunda/& tertia declinatiõe/declinari potest/testibus Imberbus
Marcellus Marcello/& Acrone super artem poeticam Horatii. Quod tamen Seruius Imberbis
Acron improbat: nec recte quidem. Infirmus
Seruius Infirmus/& infirmis/secũda/& tertia declinatiõe/decliari põt/ut Caper tradit. Infirmis
Caper Ientaculum cum i latino absq; aspiratione initii/& cum t/& c exilibus scribitur: Ientaculum
non autem gentaculum cum g/ut scribi tradit Vgutio. Neq; a gero geris/ne
q; ab eo quod est gens/deriuatur/ut idem Vgutio somniauit. Ea uocatur co/
mestio/seu refectio/quæ mane ante prandium sumitur. Suetõius de Vitellii
Suetonius luxuria. Epulas trifariam/interdum quadrifariam dispertiebat: in ientacula:
& prandia: cœnas: & comessationes.
Intelligo facit in præterito intellexi: & secundum analogiam intellegi. Sic & ne Intelligo
Diomedes gligo neglexi facit: & neglegi/testibus Diomede/& Beda super Donati ar/
Beda tem. Quo etiam præterito/usus est Lucretius/quom dixit libro sexto.
Lucretius Intellegit ibi uitium fas efficere ipsum.
Porphyrio Iuuencus/& iuuenca/non tantum bos dicitur: sed etiam homo iuuenis/teste Iuuencus
Horatius Porphyrione. Inde per diminutionẽ fit iuuenculus/& iuuencula. Horatius. Iuuenca
Te suis matres metuunt iuuencis: Iuuenculus
Te senes parci: miseræq; nuper Iuuencula

Ouidius Virgines nuptæ. Ouidius heroidum. Graia iuuenca uenit.
Acron Iuuenis, communis generis est. Iuuentus, iuuentas, iuuenta, hoc distant, teste Acrone super primũ carminũ Horatii: q̃ iuuenta, aetas putabatur: iuuẽtas, ipsum numen: iuuentus, adulescentia. Virg. li. æneí. ii. lumenq; iuuentæ. Purpureum: hoc est, ætatis ipsius iuuentæ. Horatius in primo Carminum. Et parum comis sine te iuuentas: idest ipsum numen. Virgilius. — Iuuenis, Iuuenta, Iuuentas, Iuuentus, Iuuenilitas

Virgilius
Horatius
Virgilius
Seruius Tum mihi prima genas uestibat flore iuuentus: idest adulescentia. Et seruius super librum primum æneidos, ait. Iuuentus, multitudo iuuenum dicitur:
Iuuenalis iuuentas, ipsa dea: hoc est, Hebe Iunonis filia, Herculis uxor: iuuenta, ætas. Iuuenalis satyra secunda.
Quid Chremeræ legio, & Cannis consumpta iuuentus? hoc est multitudo
Virgilius iuuenum. Virgilius libro æneidos. xi.
Seruius Vescitur Aeneas: simul & Troiana iuuentus. Verum (ut idem dicit Seruius) poetæ nonnunq̃ iuuentam pro iuuentute, & pro iuuenta iuuentutem ponẽtes, hanc differentiã pro suo arbitrio confundunt. Cõperitur etiã iuuenilitas
Varro ꝓ iuuẽtute. Vnde Varro recitãte Nõio, ait. Quã deliqt mlticupida iuuẽilitas.
Nonius Indecor, cõis generis est, teste Prisciano: & corripit ĩ obliqs co syllabã. Virgi. — Indecor
Priscianus Nec tamen indecorem tua te regina reliquit. Statius li. thæbaidos tertio. — Indecoris
Virgilius Legimus indecores. at enim fortissimus illic. Potest etiã declinari hic & hæc
Statius indecoris in recto, testibus Prisciano, & Nonio, Accium inducentẽ dicentẽ.
Priscianus Cuius sit uita indecoris, mortẽ fugere haud cõuenit. Virg. li. æneidos. xii.
Nonius Nec genus indecoris. ex quo exemplo, manifestum est, indecoris substãtiuũ
Accius esse. Nam si adiectiue declinaretur, indecore dixisset Virgi. non indecoris.
Virgilius Quod autem neutrum genus communi iunxit, hoc & in multis aliis fieri cõsueuit: ut tricuspide tælo: paupe regno. Seruius tñ legit idecores. s. innuptæ puellæ per synedochen genus indecores: ac si diceret gẽus laræ qđ ẽt placet.
Iucundo iucundas actiuum uerbum est: & iucundor deponens absolutum: & cum u, tam in prima, q̃ in secunda syllaba scribitur: ut libro ultimo, super regulam, o c corripimus, edocebimus. — Iucundo, Iucundor
Augustinus Augustinus libro. xvii. de ciuitate dei capitulo decimo. Exaltasti dexteram inimicorum eius: iucundasti omnes ini-
Hierõymus micos eius. Hieronymus in sermone de assumptione uirginis Mariæ. Nulli dubium, omnem illam cælestis Hierusalem militiam tunc exultasse ineffabili lætitia: tũc iucũdatã ẽẽ ieffabili charitate: tũc que cũ õi gratulatiõe iubilasse.
Interpretor interpretaris, commune uerbum est. — Interpretor
Pompeius Impetigo, & impetix huius impetigis, in uno significato dici potest, auctore Pompeio. Scabies est sicca, aspera, & prominens: & dici põt cutis fœdatio. — Impetigo, Impetix

K Littera consonans, cum eandem prorsus habeat in metro potestatem, & in uoce sonum, cum c nostra consonante, præcipue sequentibus a, o, u, uocalibus, penitus superuacua esse uidetur, ut dixerunt Donatus, & Priscianus: & ante illos prius scripsit Quintilianus. Comperimus etiam, quantum ex Papyriano haberi potest, Nigidium Figulum, quo, & Varrone, nemo apud Romanos doctior habitus est, nunq̃ in commentariis suis K littera usum fuisse. Ideoq; nos, omnes dictiones græcas, de quibus libro secundo. in c littera disseruimus, per c ipsum, q̃ per K, ex maiorum nostrorum auctoritate, scribere maluimus: & maxime cum ibidem Pompeium, & pro sui magna parte libri Marcellum, approbatissimos auctores, obseruasse nouerimus.
(Donatus, Priscianus, Quintilianus, Papyrianus, Nigidius, Pompeius, Marcellus)

Virgilius L Abo labas primæ coniugationis, primam corripit syllabam. Virgilius libro æneidos secundo. — Labo, Labasco
Ouidius l Custodes sufferre ualent: labat ariete crebro. Ouidius libro metamorphoseos undecimo. — Labascor, Labor
Ianq; labãt cũei: spoliataq; tegmĩa cæræ. Inde labasco labascis — Labesco
Terentius neutrale: & labascor deponẽs. Terẽtius ĩ eunucho. Labascit uict⁹ uno uerbo.

Varro — Varro rerũ diuinarũ li.vii. Poſtq̃ uidit labaſci mentẽ infirmã populi. Labor
Horatius — laberis tertiæ cõiugatiõis/primam ſyllabam producit. Horatius in epiſtolis.
Virgilius — Nunc in Ariſtippi furtim præcepta relabor. Virgilius libro æneidos decimo.
Impediunt: retrahitq; pedes ſimul unda relabens. Inde labeſco labeſcis. — Labor
Marcellus — Labor/& labos/in recto/declinari poteſt. Hæc labes/teſte Marcello/format — Labos
Lucillius — adiectiue laboſum: non labinoſum: ut eſt apud Lucillium ſatyrarum. iiii. — Labes
Tantalus laboſas pœnas luit. Sed & labinoſum a labina formari poteſt. — Laboſus
Pſalmographus — Labina autem lubricũ dicitur. Pſalmographus. Fiant uiæ illorum tenebræ/ — Labina
& lubricum. Hieronymus in epiſtola ad Amycum ægrotum. Sicuti aliquem — Labinoſus
Hierõymus — ſecuris inceſſibus gradientem/repentino caſu/aut marmoris leuitas/aut labina pauimenti/ſubuerſa pedum tutela contorſit. Labina item/uicus eſt iter Cremonam/& Veronam/duabus Romanis cladibus notus/infauſtuſq;: qđ
Tacitus — antea Beryacum cum y græco uocabatur/ut ſcribit Cornelius Tacitus.
Labyrinthus cum y græco in ſecunda ſyllaba/& i latino in tertia/& th aſpirato ſcribitur. Neq; ab eo/q eſt labor huius laboris/neq; a labor laberis deriuatur/ut Vgutio ſomniauit. Locus eſt/uiarum ambagibus inflexus. Et(ut ſcri — Labyrithus
Plinius — pſit Plinius) quatuor fuere labyrinthi: unus in Heliopoli Aegypti: ſecũdus i Creta: tertius i Lemno: quartus i Italia: quẽ ſibi rex Hetruriæ Porſẽa extruxit.
Lacedæmon cum æ diphthongo ſcribitur in penultima ſyllaba. Fuit filius Io/ — Lacedæmõ
uis: a quo/hæc Lacedæmon/uel Lacedæmonia(utroq; enim nomine uoca/ — Lacedæmonia
tur) Laconiæ ciuitas dicta fuit: cuius ciues Lacedæmones/& Lacedæmonii appellantur. Et tam pro proprio uiri nomine/q̃ pro ciuitate/penultimam
Virgilius — producit in recto ſyllabam: & in obliquis corripit Virgilius li. æneidos. vii. — Lacedæmones
Ouidius — Annon ſic Phrygius penetret Lacedæmonia paſtor. Ouidius heroidum.
O utinam tunc quom Lacedæmonia claſſe patebat. — Lacedæmonii
Ptolemæus — Laconia cum c exili ſcribitur. Prouincia eſt in Achaia/teſte Ptolemæo: cuius
Seruius — populi teſte Seruio ſuper librum ſextum æneidos/Lacænæ cum æ diphthõ — Laconia
Virgilius — go in media/& ultima ſyllaba/dicti ſunt. Virgilius libro æneidos. ii. — Lacænæ
Statius — Non tibi Tyndaridis facies inuiſa Lacænæ. Statius in achilleide. — Lacones
Pectine Amazonio modo quo citat orbe Lacænas. Hi & Lacones/& Laco — Laconici
Statius — nici uocati ſunt. Statius libro thæbaidos ſexto.
Columella — Tandem inſperatus nuda de plebe Laconum. Columella in prologo rei ruſticæ. Mox deinde ut apti ueniamus ad ganeas/quottidianam cruditatem Laconicis excoquimus.
Lacerna cum c exili ſcribitur. Pallium erat fimbriatũ: quo/olim milites ute/ — Lacerna
Pompeius — bantur. Pompeius. Lacerna/ꝙ minus capitio ſit. Perſius. — Lacernum
Perſius — Scis comitem horridulum trita donare lacerna. In legenda ſanctorum Cornellii/& Cypriãi/neutro genere legit: ubi ſic hẽtur. Et exuit ſe lacerno byrrho.
Philelphus — Lachrymo lachrymas neutrale/& lachrymor deponens uſurpant auctores. Et — Lachrymo
Lactantius — cũ ch aſpirato/& y græco ſcribitur/ſi Philelpho creditur. Lactãtius Firmiãus. — Lachrymor
Hierõymus — Caudice defecto lachrymat ſua gaudia palmes. Hieronymus in Ioanne ca. xi. Et lachrymatus eſt Ieſus.
Probus — Laceſſo laceſſis facit in præterito laceſſiui/teſte Probo: in ſupino laceſſitum. — Laceſſo
Cicero — Cicero in epiſtolis. Hos ego ſermones/qui & multi ſunt/& tuam exiſtima/
Horatius — tionem(ut ſentio) non offendunt/non laceſſiui unq̃. Horatius in epiſtolis.
Caper — Dente laceſſiti: fuit intactis quoq; cura. Caper autem ſcriptor Probo anteri
Tullius — or/dicit ꝙ format præteritum laceſſi: ſupinum laceſſum. Quod uerbum/tã
Virgilius — in bonam/q̃ in malam partem/accipi poteſt. Tullius tuſculanarum quinto.
Tuis me amantiſſimis libris laceſſiſti. Virgilius libro æneidos decimo.
Irritatq; uirum tælis: ac uoce: laceſſit.
Seruius — Lituus cum i latino/& t exili ſcribitur: græcumq; eſt Seruio auctore uocabulũ. — Lituus
Feſtus — Feſtus autem/a lite dictum tradit/eo ꝙ litis ſit teſtis. Vetum cum lis huius li
Seruius — tis/li ſyllabam producat/quam lituus corripit/Seruio hac in parte magis cre
Virgilius — diderim. Genus eſt tubæ/in parte qua robuſtior eſt/incuruæ/teſte eodẽ Seruio. Virgilius libro æneidos ſexto.

Et lituo pugnas insignis obibat: & hasta. Lituus item/baculum erat: quo sedē
Gellius tes augures auibus templa designabant: quod etiam quirinales gestare cōsue
uerant. Gellius. Lituus est uirga breuis/in parte qua robustior est incurua. Vir
Virgilius gilius libro æneidos septimo.
Ipse quirinali lituo/paruaq; sedebat
Vgutio Succinctus trabea. Et in hoc significato/ab Vgutione fœminini traditur ēē
Plutarchus generis. Ego aūt apud Plutarchum/in hac etiam significatione/masculini
generis inuenio. Sic enim ait in Romuli uita. Romuli lituus conseruatus ē
in Palatino colle/usq; ad Cæltarum tempora: a quibus capta urbs/incensa
fuit. Sed postea expulsis a Camillo hostibus/inter altissimas fauillas illæsus/
quom omnia ignis consumpsit/inuentus est.

Lotos huius loti/cum t exili/& lotis huius lotidis/declinari potest. Genus est Lotos
arboris: & herbæ: & proprium puellæ nomen: ut libro ultimo super regulā/ Lotis
o super t breuis est/monstrabimus.

Limaca huius limacæ cum i latino/& c exili/& limax huius limacis/ delinari Limaca
Pompeius potest masculino genere & fœminino Pompeius. Limaces cochleæ/a limo Limax
Columella appellatæ sunt. Columella libro. xi.
Implicitus conchæ limax/hirsutaq; campe.

Hierōymus Lamento lamentas actiuum/& lamentor depōtiens usurpatur. Hieronymus Lamento
Hierōymus in Luca capitulo. xxiii. Sequebatur autem illum multa turba populi/& mu Lamentor
lierum: quæ plangebant: & lamtabantur eum. Idem in Esdra. Et qui præside/
bant cum uxoribus lamentabant eum.

Marcellus Lamentum neutro genere/& lamēta fœminino/teste Marcello/ueteres protu Lamentum
Pacuuius lerunt: q & pacuuiū inducit dicentē in Hermiona. Lamētas/& fletus facere/ Lamenta
compedi licet.

Priscianus Lambo lambis facit in præterito lambi/teste Prisciano/dicēte Lucillio li. xxiii. Lambo
Lucillius Iucundasq; puer quas lamberat ore placentas. & Calphurnius ecloga. x. ait.
Calphurnius nullo lamberunt amne liquores. Format & præteritum lambui/auctoritate
Hierōymus diui Hieronymi in libro Iudicum capitulo septimo ita dicentis. Qui manu/
& lingua/lambuerit aquas/sicut solent canes lambere/separabis eos seorsū.
Et paulo post. Fuit itaq; numerus eorum/qui manu ad os proiiciente aquas
lambuerant/trecenti uiri. Et paulo post. In trecentis uiris/qui lambuerunt
aquas/liberabo uos.

Donatus Labrum/& labium/hoc distant/teste Donato super Terentii eunuchum: ꝙ la Labrum
Agrætius brum/superius est: labium uero/inferius. At contra Agrætius in Caprum/la Labium
brum (inquit) inferius est: labium uero/superius. Ego autem/nihil differre di Labellum
xerim/labrum/aut labium/siue superius/siue inferius protuleris. Nā & plu Labiolum
Hierōymus rali numero/labia/& labra/pro utroq; dicimus. Hieronymus in canticis capi
Persius tulo quarto. Sicut uitta coccinea/labia tua. Persius. Nec fonte labra prolui
caballino. Labrum item/genus est uasis. Statius li. i. siluarum. labrisq; nitenti
bus instat. Labrum format per diminutionem labellū: labium uero/labiolū.

Lampas huius lampadis/uel lampados/& hæc lampada huius lampadæ/a Lampas
λαμπαδα græco accusatiuo formata/declinari potest. Neq; a lambo lābis Lampada
Vgutio deducitur/ut cum Catholico somniauit Vgutio: sed græcum magis est uoca
Virgilius bulum. Vnde & accusatiuum græcum protulit Virgi. quom dixit.
Hierōymus Princeps ardentem coniecit lampada Turnus. Hieronymus ī Hiezechiele
primo capitulo. Et similitudo animalium/& aspectus eorum/quasi carbonū
ignis ardentium: & quasi aspectus lāpadarum. Libet

Libet per i/& per u lubet/efferri potest. Lubet

Seruius Laboro/& laboror deponens/dici potest/teste Seruio super librum. i. æneid. Laboro

Lanius/Lanio/lanista/in uno significato/dici potest. Sunt autem proprie lani Loboror
Seruius stæ/teste Seruio/qui paria gladiatorum uændunt ad pugnam/in qua/si quis Lanius
eorum perierit/mercedem accipiunt. Lanio

Marcellus Largior/cōmune uerbum est: sed & largio actiuum/ueteres protulerunt/teste Lanista
Lucillius Marcello/Lucillium inducente dicentem libro decimoquarto. Largior

Qui uiscus dederas/tu equidem hõc/& uiscera largi/pro largire. Largio

Agrætius Largitudo/& largitas/in uno significato accipi possunt. Distat autem (ut in Caprum tradit agrætius) largitas a largitione: q largitas/humãitatis ẽ: largitio Largitudo Largitas
Marcellus uero/ambitionis. Sed & p largitione largitas/nõnunq̃ ponit/teste Marcel/ Largitio
Terentius lo. Vñ Terẽtius ait in adelphis. Quæ istæc subita ẽ largitas? hoc ẽ largitio.

Lacinium cum c exili/& i latino utrobiq scribitur. Promontorium est Italiæ/inter Adriaticũ/& Ionium mare. Lacinius eadem scriptura/propriũ fuit latronis nomen: a quo/Lacinium promontorium cognominatum est. Lacinia eadem scriptura/cognomen fuit Iunonis/a Lacinio promontorio sic appellata. Lacinia item eadem litteratura/pars uestimenti est/ut scribit Festus. Lacinium Lacinius Lacinia
Festus

Virgilius Lateo lates/accusatiuo/& datiuo iungitur. Virgilius li. æneidos. p̃mo. Lateo
Lucanus Nec latuere doli fratrem Iunonis/& iræ. Lucanus.
Agrætius Tu mihi causa lates. Et (ut in Caprum tradit Agrætius) latere significat aliq̃d
Virgilius absconsum esse: ac etiam late patere: ut est apud Virgilium.
& scuta latentia condunt: idest late patentia.

Lucanus Latebra/& latibulum/in uno significato accipi p̃nt. Raro tñ singulari numero Latebra
Ouidius latebra cõpitur: quo tñ numero. Lucanus protulit/quom dixit libro. v. Latibulum
Cedendum est bellis: quorũ tibi tuta latebra. Et Ouidius metamor. iii.
& multis latebra opportuna fuistis.

Marcellus Latibulo neutrale/& latibulor deponens/referẽte Marcello/protulit Næuius/ Latibulo
Næuius quom dixit. nocte ut opertus amictu latibulet/Publii Luctatoribus progre/ Latibulor
dere: & nequis latibuletur/prospice.

Laurus arbor/secundi/& quarti ordinis est/testibus Probo/& Prisciano: & tã Laurus
Probus masculino/q̃ fœminino genere/ueteres protulerunt/testibus Capro/& Pro Laurea
Priscianus bo. Hæc & laurea dicitur. Horatius in secundo carminum. Laurentum
Caper Tum spissa ramis laurea feruidis. Laurea iten/corona uocatur ex lauro: qua/ Laurens
Probus & hædera/coronari poetæ consueuerant. Laurens/& hic & hæc Laurentis/ Larentis
Horatius a Laurento ciuitate/declinari põt/teste Prisciano. Ennius in annalibus.
Priscianus Quos homines quondã Laurentis terra recepit.

Ennius Lauo lauas prima/& lauo lauis tertia coniugatione/declinari potest/testibus Lauo
Marcellus Marcello/&/Prisciano. Virgi. georgi. tertio.
Priscianus lauit improba tæter
Virgilius Ora cruor. Horatius sermone. v.
Horatius Ora/manusq/tua lauimus Feronia lympha. Nam lauimus/& lauit/præsentis
Lucillius sunt tpis: cũ in præterito la syllaba producta sit. Lucillius libro. v.
Lubrica/proluuie larga/lauere humida saxa. Infinitum est tertiæ cõiugatio/nis. Primæ cõiugatiõis lauo/facit in præterito lauaui: in supino lauatũ/tertiæ
Terentius aũt/format præteritum laui: supinum lotum/uel lautum. Terentius in eunu
Horatius cho. Abeunt lauatum: prostrepunt. Horatius sermone. vi.
Ast ubi me fessum sol acrior ire lauatum
Ouidius Admonuit. Ouidius libro fastorum tertio.
Sacra lauaturas mane petebat aquas. Inde lotor/& lotio: lauator/& lauatio?
Hierõymus Hierõymus in ecclesiastico capitulo. xxxiiii. Qui baptizatur a mortuo/&
Cicero iterum tangit mortuum/quid prodest lauatio illius? Cicero ad Varronem. Si minus persequar in Cumanum/& ante te cerciorem faciam: ut lauatio parata sit hoc est balneum.

Lego legis tertiæ coniugatiõis græcum quidem uocabulum/primam corripit Lego
Statius syllabam. Statius libro thæbaidos p̃mo.
Sicanios longe relegens Alpheos amores. lego plura detinet significata. Vnde uersus
Fur aurum/uirgo flores/mare nauita/libros.
Clericus/equiuoce singula quisq legit. Lego legas primæ coniugationis/pri
Statius mam syllabam producit. Statius in achileide.
Tibullus Allegantq suos utroq ex sanguine diuos. Tibullus.
Illa equidem ornati causas tibi diua relegat.

Priſcianus Lens fœminini generis/& lentis/i recto/teſte Priſciano/ueteres protulerũt. Ge Lens
nus eſt legumenti. Lens huius lendis/in alia ſignificatione/quæ nota eſt/fœ/ Lentis
Vgutio minini etiã generis eſt:etſi Vgutio maſculini tradat eſſe generis. Serenus.
Serenus Vnda maris/capiti lendes diducit iniquas.
Proptius Lenio lenis facit in futuro indicatiui modi/leniam/& lenibo. Proptius. Lenio
Lenibunt tacito uulnera noſtra ſono.
Marcellus Lenitas/& leuitudo/in una ſignificatione dici poteſt/teſte Marcello. Lenitas
Marcellus Leuitas/& lenitudo/in uno ſignificato uſurpatur/teſte Marcello. Cicero tuſcu/ Lenitudo
Cicero lanarum quarto. Eamq̃/quã leuitatem nos dicimus/uicioſæ leuitudinis no/ Leuitas
mine appellant. Leuitudo
Leuo leuas/quando exonerare ſignificat/uel ſuſtolere primam corripit ſyllabã Leuo
Virgilius Virgilius in bucolicis. Leuis
Ouidius Ego hoc te faſce leuabo. Ouidius libro metamor. vii.
Ille cruore ſuo ſubito tamen alleuat artus. Inde hic & hæc leuis & hoc leue/
Virgilius prima ſyllaba correpta. Virgilius libro æneidos. xii.
Horatius Corytiq̃ leues humeris:& leuſer arcus. Horatius.
Effutire leuis ĩdigna tragœdia uerſus. Leuo leuas/quom polure/ſeu compla/
nare:ſignificat/primam producit ſyllabam:neq̃ cum æ diphthongo ãnota/
tur/ut quidam uoluerunt. Nam apud Græcos cum ει diphthongo ſcribitur:
Statius quæ a latinis in e longum cõuerti cõſueuit. Statius libro thæbaidos ꝑmo.
Horatius Pars teretes leuare manu/ac diſponere menſas. Horatius.
nimis aſpera ſano.
Virgilius Leuabis cultu. Inde hic & hæc leuis & hoc leue/le ſyllaba ꝓducta. Virgilius
in Sileno.
Perſius Et ſæpe in leui quæſiſſet cornua fronte. Perſius.
Iuuenalis Troſulus exultat tibi per ſubſellia leuis. Iuuenalis. ſed podice leui.
Scinduntur tumidæ medico ridente mariſcæ. Male igitur legunt minores il/
lud geneſis capitulo. xxvii. Noſti ꝙ Eſau hõ piloſus ſit:& ego lenis:ubi haud
dubium leuis legendum eſt.
Limus ſecunda/& limis tertia declinatione/declinari põt:& tranſuerſum ſigni Limus
Feſtus ficat/uel obtortum. Inde hoc limẽ dictũ eſt/teſte Feſto. Lima/inſtrumentũ ẽ Limis
Seruius fabrile. Limus huius limi/genus ẽ ueſtis/teſte Seruio:quæ ab Vgutione/hæc Lima
Vgutio limas huius limatis declinari præcipitur:de q̃ Virgilius libro æneidos. xii. Limas
Virgilius Velati limo/& uerbena tempora iuncti. Vbi nonnulli/Velati lino/legendũ
Iginus putant. Verum Virgilius limo/non lino/ſcriptum reliquit/ut Iginus/& Ca/
Caper per/atteſtãtur. Limus item/lætamen uocatur.
Priſcianus Leno/etſi habeat fœminium lena/cõis tñ generis ẽ/teſte Priſciano. Martialis. Leno
Martialis Qui nec leno potes/nec comeſſator haberi. Iuuenalis ſatira. vi. Lena
Iuuenalis Aut apud Iſiacæ potius ſacraria lenæ. Leno format per diminutionem lenun Lenunculuſ
Priſcianus culus/& lenulus teſte Priſcião. Plautus i pœnulo. Ita ut hæc cœpi dicere lẽule Lenulus
Plautus d' illa pugna. Læna cũ æ diphthongo/genus eſt ueſtimẽti/dicta a lana/ut tra Læna
Varro dit Varro de lingua latina:a quo/ẽt ꝑmam diphthongi uocalẽ aſſumpſit:quã Chlæna
Perſius nonnulli chlænam appellant/ut in ipſa dictione uidimus. Perſius.
Hic aliqua cui circa eſt humeros hiacynthina læna.
Marcellus Libido/& libidinitas/i uno ſignificato dici poteſt/teſte Marcello:qui & Laberi Libido
Laberius um refert/ita ſcripſiſſe. Libidinitate labitur. Labidinitas
Lachanum/græcum uocabulum/cum ch aſpirato ſcribitur:numeriq̃ ſingu/ Lachanum
laris comperitur:etſi Tortellius plurali tantum numero declinari præcipiat. Laganum
Horatius Et primam corripit ſyllabam. Horatius ſermone. vi.
Ad porri/& ciceris refero/lachaniq̃ catinum. Holus eſt Laganũ cũ g/græcũ Lagena
Petrus & ipſum uocabulum/ꝑmam ſyllabam producit. Petrus Riga in exodo.
Petrus Accipe quid panes/oleum/uel lagana ſignant. Idem.
Hierõymus Lagana lata notant/& fratris/& hoſtis amorem. Hieronymus in exodo capi
tulo. xxviiii. Tolles laganum de caniſtro azimorum:quod poſitum eſt in cõ
Vgutio ſpectu domini. Genus eſt panis/oleo aſperſi. Placet hoc in loco Vgutionis/&

Catholici somnium de hac dictione referre. Laganum (inquiunt) a lagos/ qui
est lepus deducitur: eo ꝙ suaue est ad comedendũ/ ut caro leporina. Miror ni
mis/ quomodo tot somniis hi boni uiri deludantur. Lagena/ genus est uasis:
quod apud Græcos λαγηρος scribitur.

Priscianus Letum mors/ absq; œ diphthongo (si Prisciano creditur) scribi debet. Nam (ut Letum
Apuleius ait) a letum supino huius uerbi leo les/ deriuatur. At uero Apuleius/ a luo Lœtum
Varro luis dictum tradit: ideoq; cum œ diphthongo scribi præcipit. Varro autẽ/ & Lethum
Festus Festus/ a ληθη/ quod est obliuio/ deductum uolunt. Quod si uerum est/ absq; Lœto
diphthongo/ & cum th aspirato/ lethum scribendum est. Neq; a leo les/ neq; Lethes
Vgutio a lino linis/ ληθη obliuio descendit/ ut Vgutio somniauit. Sed græcum magis Linea
ẽ uocabulũ: & græca uocabula etymologiam latinã nõ sapiunt/ ut testis ẽ Ser
Seruius uius. Palus est ĩfernalis: & interpretatur obliuio/ ut scribit Festus. Ab eo quod
Festus est lœtum/ fit lœto lœtas uerbum. Ouidius de ibide.
Ouidius Vtq; Lycurgidem lœtauit ab arbore natum. Lethes cum th aspirato/ fluuius
Solinus est Aphricæ/ teste Solino: uel hispaniæ/ ut Ptolemæus ostendit/ & Strabo:
Ptolemæus de quo Lucanus libro. viii.
Strabo Quam iuxta lethes tacitus plabitur amnis. Hic & alio noĩe Linea uocatur.
Lucanus Lætor cum æ diphthongo scribitur: & tam genitiuo/ q̃ ablatiuo iungitur/ dicẽ Lætor
Virgilius te Virgilio libro æneidos. xi. Lætisco
Nonius nec ueterum memini/ lætorue malorũ. Lætisco/ pro lætor ponitur/ teste No Læto
Sisenna nio/ Sisennã inducente/ dicentẽ libro historiarũ. iiii. Vtrũ ne uiri/ cultu erga se Lætifico
Nonius mortaliũ/ lætificẽt. Antiq ẽt/ læto lætas ꝓ lætifico protulerũt/ ut scribit No/
Liuius nius: qui & Liuiũ refert dixisse ĩ Aegisto. Iane oculos specie lætauisti opatabi
Accius li? Et accius ait. Et te ut triplici lætarem bono: ideſt lætificarem.
Nonius Læticia cum æ diphthongo/ & lætitudo/ in una significatone dici põt/ teste No Læticia
Accius nio. Vñ Accius inqt. Quãta in uenãdo affectus est lætitudine/ pro læticia. Lætitudo
Lepor/ & lepos/ in recto/ declinari potest. dicitur ĩ uerbis uenustas. Et producit Lepor
Virgilius in obliquis po syllabam. At uero lepus/ po syllabam corripit Virgilius geor Lepos
gicorum secundo. Lepus
Auritosq; sequi lepores: tum figere Damas. Animal est pniciſſimum: quod
Caper fœminino etiam genere (ut Caper testis est) ueteres protulere.
Libra/ genus est ponderis. Liber huius libri/ li syllaba correpta/ codex uocatur: Libra
& cortex. Liber huius liberi/ li syllaba producta/ cognomẽ est Bacchi. liberi/ Liber
li producta syllaba/ filii appellãtur. Liber libera liberum/ primam etiam syl/ Liberi
labam producit.
Festus Librillum cum duplicato l scribitur. Librilla (inquit Festus) uocantur instrumẽ/ Librillum
ta bellica/ saxa. scilicet/ ab brachii groſſitudinem/ in modum flagellorum/ lo Librilla
Vgutio ris reuincta: quod ab Vgutione librilla fœminino genere declinari præcipi/ Librille
tur. Hoc librile cum unico l/ scapus libræ dicitur.
Liburnum (nam & græci λιβυρρον) cum i latino/ neutro genere/ & liburna/ seu Liburnum
liburnica fœminino/ declinari potest. Genus est nauiculæ/ uimine contextæ/ Liburna
Acron ut dixit Acron. liburnũ item/ genus est uehiculi: quo olim Romanorum no Liburnica
biles utebantur. Liburnus/ festinans præco dicitur. Liburnia/ regio est inter Il Liburnus
lyrim/ & Dalmatiam: cuius populi/ Liburni uocitati sunt. Neq; a libro libras Liburna
Vgutio Liburnia deriuãt/ ut Vgutio somniauit. Et in quocunq; significato/ li syllaba Liburni
Horatius corripitur. Horatius in initio epodi.
Lucanus Ibis liburnis super alta nauium: ideſt nauiculis. Lucanus.
Ordine contextæ gemino creuisse liburnæ/ hoc ẽ nauiculæ: quæ (ut diximus)
Suetonius etiam liburnicæ appellantur. Suetonius in Augusto. Rursus circa mõtes Ce
Propertius raunios utrobiq; parte liburnicarum demersa. Propertius.
Priscianus Baridos & contis rostra liburna sequi. Priscianus in perihegesi.
Lucanus Atq; Liburnorum terras. Lucanus.
Iuuenalis Pugnacesq; mari Graia cũ classe Liburnos Liburniæ populos. Iuuenalis. cla/
mante liburno/
Iuuenalis Currite: ideſt præcõe. Idẽ. & ĩgenti curret sup ora liburno: hoc ẽ uehiculo.

Ligones cum i latino scribitur. Populi sunt Galliæ: qui & Ligoni/ & Lingonici Lingones
Lucanus uocitati sunt. Lucanus libro primo. Ligoni
Martialis Pugnaces pictis cohibebant Lingones armis. Martialis. Lingonici
Lingonus a recta Flaminiaq; recens. Ligo cum i latino/ primam corripit syl/ Ligo
Lucanus labam: & secundam in obliquis producit. Lucanus libro primo.
Vomere/ & antiquos Curionum passa ligones. Instrumēta sunt agricolarū.
Liger huius ligeri/ cum i latino scribitur. Proprium fuit uiri nomen: cuius me/ Liger
Virgilius minit Virgilius libro æneidos. x. quom ait. Lguria
Dicta uolant Ligeri: necnon & Troius Heros. Liger huius Ligeris cum i lati/ Ligystus
Ptolemæus no/ fluuius est Galliæ: qui & Ligeris in recto declinari pōt. Vnde Ptolemæus Ligur
ait. Occidentale aūt latus/ Lugdunensi coniungitur iuxta Ligerim fluuiū/ usq; Ligus
ad eius originem. Nam liger/ non ligerim facit in accusatiuo: sed ligerem: ut Ligusticus
Priscianus & de consimili Araris/ & Arar/ Priscianus ipse differuit. Liguria cū i latino/ Ligustrum
prouintia est Galliæ cisalpinæ/ a Ligysto cum y græco in secūda syllaba/ filio
Fabius Phaetontis/ cognominata/ teste Fabio Pictore: etsi a lego legis dictā/ cum Ca
Vgutio tholico Vgutio somniarit. Et a Liguria/ fit cōis generis Ligur/ teste Prisciano:
Priscianus & trium generum Ligus/ teste Probo. Lucanus libro primo.
Probus Et nunc tonse ligur/ quondam per colla decora. Virgilius li. æneidos. xi.
Lucanus Vane ligus/ frustraq; animis elate superbis. Rursum a Liguria/ fit Ligusticus
Virgilius Ligustica Ligusticum. Iuuenalis.
Iuuenalis Nam si procubuit/ qui saxa Ligustica portat. Ligustrum cum i latino/ arbus/
Virgilius cula quædam est: cuius flos/ etiam ligustrum uocatur/ dicente Virgilio.
Alba Ligustra cadunt: uaccinia nigra leguntur.
Libya huius libyæ/ & libye huius libyes/ declinari potest: & cum i latino in pri/ Libya
Statius ma/ & y græco ī media syllaba scribitur. Prouincia est Aphricæ. Statius libro Libye
tertio siluarum. nam nec mihi Barbara Trace/ Libyas
Nec Libye/ natale solum. Libyas huius libyadis eadem scriptura/ urbs ē Iu/ Liba
Ptolemæus dææ/ ab orientali parte Iordāis/ teste Ptolemæo: quam Herodes extruxit/ ut Libum
Hierōymus super Mathæum Hieronymus scripsit. Liba cum i latino/ insula est in Indico Libs
Ptolemæus mari/ Carmaniæ adiacens/ ut Ptolemæus ostendit. Libum/ genus est panis. Libus
Virgilius Virgilius in bucolicis. Libyssa
Sinum lactis/ & hæc tibi liba Priape quotannis. & a libo uerbo græco descen
dit: quod uerbum apud illos λείβω scribitur. Neq; a libero Bacchi cognomi
Vgutio ne/ libo libas deducitur/ ut cum Catholico Vgutio somniauit. Libs huius li/
Vgutio bis (græci λιψ) cum i latino/ uētus quidam est/ alias aphricus uocatus: qui ab
Vgutione/ hic libus declinari præcipitur. Libyssa cum i latino in prima/ & y
græco in secunda syllaba/ & duplicato s/ oppidum est Bithyniæ mediterra/
Ptolemæus neum/ teste Ptolemæo.
Seruius Lyncus cum y græco/ & c exili scribitur. Fuit rex Scythiæ: quem teste Seruio su Lyncus
per librum p̄mū æneidos/ Ceres in lyncē ferā cōuertit. Lynx huius Lyncis/ Lynx
Horatius fera/ cū y græco/ masculini/ & fœminini generis ē. Horatius ī scdo carminū. Lynceus
Virgilius Nec curat Orion leues leones/ aut timidos agitarē Lynces. Virgilius geor. iiii. Lycæus
Virgilius Quam lynces Bacchi uariæ. Et alibi. & maculosæ tegmine lyncis. Vgutio di/ Lycus
Vgutio cit posse declinari hæc lynca. Quod si cōperitur/ a λύγκα accusatiuo græco Lycum
Horatius descendit. Lynceus ēt cum y græco scribitur. Horatius in epistolis.
Propertius Non possis oculo quātum contendere Lynceus. Propertius.
Lynceus ipse meus seros insanit amores. Lycæus cum y græco/ & æ diphthō
Virgilius go/ Mons est in Arcadia: & proprium uiri nomen. Virgilius in georgicis.
Virgilius Pastor ab Amphryso/ uos siluæ/ amnesq; Licæi. Idem.
Ouidius Pascuntur siluas/ & summa Lycæi. Ouidius libro fastorum secundo.
Faunus in Arcadia templa Lycæus habet. lycus cum y græco/ & c exili/ lu/
Ptolemæus pus uocatur. Lycus item eadem scriptura/ fluuius est Assiriorum/ qui Tigri
Curtius immiscetur/ teste Ptolemæo. Curtius circa initium operis. At quom extra mu
Ouidius nimenta se euoluit maiore ui/ ac molle agentem undas/ lycum apellant. Oui
dius libro quarto de ponto.

Seruius Huc Lycus/Huc sagaris/Peneusq; hypanisq;/Cratisq;. Seruius autem super georgica/neutro genere Lycum uocat. Lycum item/urbs est Lycopolitarum
Ptolemæus in Aegypto/teste Ptolemæo.

Caper Lupus masculini generis ē: sed & fœminini apud antiquos fuit/testibus Capro/ Lupus
Probus & Probo: quo etiam genere/hoc est fœminino/Varro & Ennius/protule/ Lupa
Varro runt. Nunc autem pro fœmina/lupa dicitur: quæ (ut tradit Probus) in dati/ Lupatum
Ennius uo plurali/& ablatiuo/facit lupabus. at uero Beda super Donatum/non lu/
Probus pabus/sed lupis/tradit esse dicendum: quod & placet. Lupus item/genus est
Beda piscis. Martialis.
Martialis Hamus & in mulum mittitur: atq; lupum. Rursus lupus/frænum appellat:
Ouidius quod & lupatum dicitur. Ouidius libro tristium.
Martialis Et placido duros accipit ore lupos. Martialis.
Mordēt aurea quod lupata cerui.

Liceo lices facit in præterito licui: in supino licitum. Et regit a parte ante nomi/ Liceo
natiuum personæ pacientis: & post ablatiuum a uel ab mediante/personæ a/ Liceor
geatis ut tuus equus: licet a me decē aureis: idest apreciatur. Liceor/deponēs
Persius uerbum est transitiuum: & post se accusatiuum postulat. Persius.
Et centum græcos uno centusse licetur: idest appreciat.

Priscianus Lacio lacis facit, in præterito lacui/& lexi/teste Prisciano: in supino lacitum/& Lacio
Pompeius lectum. Est autem lacere/in fraudem inducere/teste Pompeio. Nam & lax/fra us dicitur. Composita cum latio/ut allicio/pellicio/illicio/delicio/oblicio/ elicio/duplex præteritum/& duplex habent supinum/quemadmodū & la/ cio: etsi nonnulli/ab elicio/solum elicui, præteritum uelint formatū esse. Nā electo electas uerbum a supino/electum/quod quidē ab elexi formatur præ/ terito/descendit: cum alias a præterito elicui/fiat supinum elicitum: a quo/eli
Plautus cito elicitas fit uerbum. Plautus in asinaria. Ibo aduersum: atq; electabo quic
Terentius quid illud sit. Terentius in Phormione. Is senem per epistolas pellexit mo/
Liuius do/non montes auri pollicens. Liuius in Laudania. Te illo Asiatico ornatu
Piso fluens/aut Sardiano/ac Lydio fulgens decore/pellicuit. Piso in historiis. Cu/
Publius ius unius præmio/multorum allicuit animos. Publius Varro belli Sequanici libro secundo.
Deinde ubi pellicuit dulcis leuis unda saporis.

Priscianus Lacus secunda/& quarta declinatione/declinari potest/teste Prisciano. Notum Lacus
est quid significat. Lacus item/genus est uasis: in quod tostis uuis mustum de/ Lacunar
Ouidius cidit. Ouidius in fastis. Lacunariū
Præmia de lacubus proxima musta tuis. & græcum uocabulum est: qui apud Lacuna
illos cum duplicato κ λάκκοσ scribitur. Sed a nostris cum unico c scribitur: Laqueare
quia p̄mam syllabam corripuere. Rursum lacus/tabulatum dicitur/testudo Laquear
Lucillius scilicet: qua camerarum superiora ornantur/uel tectorum. Lucillius. resultāt Laqueariū
Seruius ædes: lacusq;. Hoc & lacunar/& lacunariū/dici pōt/teste Seruio: etsi Caper/ Laqueus
Caper non lacunaria/sed laquearia/tradat esse dicendum. Nam Horatii præualet au
Horatius ctoritas: qui ait.
Nec mea renidet in domo lacunar. Ponitur nōnunq̄ lacunar/pro lacuna: hoc est/aquæ collectione: quin etiam pro lacu/lacuna accipitur: in quē scilicet ui
Virgilius num cadit/dicente Virgilio libro georgi. primo.
Vnde cauæ tepido sudant humore lacunæ. Laqueare/laquear per apocopē/ laquearium/in una significatione dici potest: pro quo (ut prætactū est) lacus/ & lacunar/poni consueuit. Laqueus/uinculum est.

Marcellus Longus/& longurio/in uno significato dici potest/teste Marcello/Varronem Longus
Varro inducente dicentem. Ante me est nescio quis longurio. Longurior

Virgilius Linquo linquis facit in præterito liqui/li syllaba indifferenter posita. Virgilius. Linquo
Virgilius Nec tamen indecorem tua te regina reliquit. Idem. Liquo
Nanq; sua patriam liquerat tellure sepultam. Liquo liquas primæ coniugati Liqueo
onis/facit in præterito liquaui: in supino liquatum. Liqueo liques secundæ/ Liquor
Persius facit in præterito licui. Et utrunq; uerbum/primam corripit syllabā. Persius. Liquasco

& plorabile si quid — Liquesco

Lucanus — Eliquat/& tenero supplantat uerba palato. Lucanus libro .vii.
Ouidius — ereptaq; tæla liquauit. Ouidius libro metamor.vii.
Delicuit:stagnumq; suo de nomine fecit. Liquor liqueris deponens tertiæ cō
Lucanus — iugationis/primam producit syllabam. Lucanus libro nono.
Ouidius — Liquitur:& nigra distillant inguina tabæ. Ouidius libro metamor. secundo.
Liquitur ut glaties icerto saucia sole. A liquo liquas/fit liquasco/li syllaba cor
Persius — repta. A liqueo liques/fit liquesco/pma similiter correpta syllaba. Persius.
Ouidius — Tot tibi cum inflamas iuuicum omenta liquescant. Ouidius libro meta.vii.
dilapsa quiescunt.
Afflatuq; nocent:& agunt contagia late. A liquor/fit etiam liquesco/li sylla/
Ouidius — ba producta. Ouidius libro primo de ponto.
Sic mea perpetuis liquescunt pectora curis.

Lithostrotos cum i latino/sequente th aspirato/masculino genere declinari po — Lithostrotos
test:& lithostrotum neutro:componiturq; ex λιθοσ/q ē lapis/& στρωτοσ
stratus. Vnde & pauimentum lapidibus stratum dicitur. Et cum apud græcos — Lithostrotum
λιθοστρωτοσ cum ω mega in penultima scribatur syllaba/ideo illam pro/
Vgutio — ducit. Quare in etymologia huius dictionis/errauerunt Vgutio/Brito/Mam
mætractus/Catholicon/aliam nescio quam cōpositionem fictam somniātes:
Tortellius — quin etiam Tortellius/ex græco λιθοσ/& stratum latino/compositum uoca
Hierōymus — bulum putans. Hieronymus in Ioanne capitulo .xviiii. Et sedit pro tribunali/
in loco qui dicitur lithostrotos:ubi nōnulli huius etymologiā uocabuli pror
sus ignorantes/pro lithostrotos/Lycostratos scribunt. Quod quidem apud
Græcos id interpretari potest/quod apud nos/lupi exercitium:quod a pro/
prio huius dictionis significato/omnino alienum est. Quare græcum totum
uocabulum dicimus:cuius etiam ultimam syllabam/non in tus more latino/
Varro — sed in tos græcorū more/Hieronymus protulit. Varro. Citrum/aurum/mi/
nyum/emblema/aut lithostroton aspiciebatur.

Priscianus — Lectus secunda/& quarta declinatione/declinari potest/teste Prisciano. Vnde — Lectus
Plautus — Plautus ait i Amphitrione. Prius abis/q̄ lectus ubi cubuisti cōclauit locus.

Litus cum i latino/& unico t scribitur:nam & a lædo lædis deriuatur/dicente i — Litus
Cicero — topicis Cicerone. Litus est/quod fluctu eliditur. At uero Donatus/a litando/ — Oblitero
Donatus — litus dictum tradidit:quod tamen Seruius improbat/maxime quia lito litas — Littus
Seruius — li syllabā corripit:litus uero/illam producit. Est autem litus/nō maris modo/
Seruius — sed etiam campi extremitas/ut dixit idem Seruius. ut est etiam apud Virgili.
Virgilius — cui litus arandum/
Cuiq; loci leges dedimus. At eo quod est litus. fit oblitero obliteras auctore
Pompeius — Pompeio. Nam sicut a fœnus huius fœnoris/o in e mutato/fit fœnero fœne/
ras/& a tempus huius temporis/fit tempero temperas/sic ex ob/& litus hu/
Marcellus — ius litoris/fit oblitero obliteras. Marcellus autem/ab oblitum supino huius
uerbi obliuiscor/oblitero uerbum tractū tradidit. Neq; ab oblitum supino
huius uerbi oblino oblinis/deducitur/ut nonnulli uoluerunt: maxime quia
Tibullus — oblitum ab oblino/li syllabam corripit:oblitero uero/illā pducit. Tibullus.
Ausonius — Oblitus & musto/feriet pede rusticus uuas. Ausonius.
quos fama obliterat:& quos
Catullus — Barbara Romanæ non tradunt nomina linguæ. Catullus.
Hæc uigeant mādata:nec ulla obliteret ætas. Litus autem/pro eo loco apud
altare ubi hostiæ litari consueuerant/a lito litas deriuatur. Et quoniā(ut dixi
mus)lito primā corripit syllabā/litus uero illam producit/Placuit actoribus/
metri gratia/aliud t interponere:ut prima syllaba positione geminati t/pro
Virgilius — duci posset:ut est apud Virgilium libro æneidos secundo.
iacet ingens littore truncus. De Priamo enim interfecto loquebatur:quē Pyr
rhus altaria ad ipsa trementem
Traxit:& in multo lapsantem sanguine nati/iuxta ipsa altaria interfecit.

Iuuenalis — Lutum cum t exili/cœnum uocatur:& primam corripit syllabam. Iuuenalis. — Lutum

Aufonius Compofitiq; luto nullos habuere parentes. Aufonius. Luthum
Atq; abacchum Samio fæpe oneraffe luto. Luthum cũ th afpirato/neutri ge Luthus
Vgutio neris eft:etfi ab ugutiõe/mafculino luthus/declinari præcipiat. Et a λυϑρον/ Lutheus
Gellius qui eft cruor deducitur. At uero Gellius/a luce dictum tradit. Ait enim libro Lutheolus
noctium atticarum fecundo. Lutheus contra rufus color/eft dilucidior:unde
nomen quoq; factum effe uidetur. Quod fi fic ẽ/abfq; afpiratione/hoc eft cũ
t exili/fcribi lutum oportet:quod tamen a uiris doctis non obferuatur. Et ꝓ
Virgilius ducit luthum lu fyllabam/dicẽte Virgilio. crocco mutauit uellera lutho. Iuue
Iuuenalis nalis tamen/primam fylabam corripuit/quom ait. gladiofq; parante
Incude/& lutheo Vulcano/ad rhætora mifit. ubi nonnulli/per fynhærefim
theo fyllabam effe uolunt:ita ut fecundus pes/& tertius/fpõdeus fit:& lu fyl
laba producta. A lutheo/fit lutheus/ut Iuuenalis exemplo patet:& diminuti
Lucanus ue lutheolus/penultima correpta fyllaba. Lucanus.
Virgilius Luthea demiffos uelarunt flamea uultus. Virgilius in bucolicis.
Molia lucteola cingit uaccinia calta.
Leucothea huius leuchotheæ cum c exili/& th afpirato/fequente e fcribitur. Leuchotea
Ouidius Hæc Cadmi filia fuit:de qua meminit Ouidius/quom dixit. Leucothoe
Leucotheaq; deũ cũ matre Palæmõa dixit. Hæc leucothoe huius leucothoes
cũ c/exili/& th afpirato/fequente o/filia fuit occeani:cuius meminit Ouidi
Ouidius us libro metamor. quarto dicens.
Tempore/Leucothoe multarum obliuia fecit
Gentis odoriferæ.
Nonius Litteratus a littera/cũ duplica t/& litterofus/in una fignificatione dici põt/tefte Litteratus
Cafius Nouio/Cafium inducente dicentẽ annalium tertio. Homomere litterofus. Litterofus
Virgilius Loliũ/hærbæ genus/cũ unico l fcribitur/cum ꝑmam corripiat fyllabã. Virgili. Lolium
Horatius Infœlix lolium. Horatius fermone. xvi. Lolligo
Effet ador/loliumq;/dapis meliora relinquens. Lolligo cum duplicato l fcri/
Vgutio bitur:neq; a lolium defcendit/ut cum Catholico Vgutio fomniauit. Sed tefte
Varro Varrone de lingua latina/lolligo/ꝙ fubuolat dicta eft/quafi uoligo/littera
commutata. Et quia uolo uolas primam corripit fyllabam/lolligo uero/illã
producit/ideo metri gratia/cum duplicato l auctoribus fcribere placuit:ut ẽ
Horatius apud Horatium fermone quarto. hic nigræ fuccus lolliginis. Genus eft pifcis
Perfius qui a nonnullis fepia uocatur/dicente Perfio.
Nigra ꝙ infufa uanefcat fepia lympha.
Donatus Lux huius lucis/fœminini generis eft:quin & mafculino ueteres protulerunt/te Lux
fte Donato fuper tertiã comœdiã Terentii. Sed & hic lucus huius lucus/pro Lucus
Terentius luce pofuerunt/dicente Terẽtio comœdia præfata. Quom primo lucu: hoc Luculus
Donatus eft prima luce:ideft(ut idem exponit Donatus)quom primum fol cœperit Lucellus
illucefcere. Lucus fecũdi ordinis/nemus appellatur arboribus denfum. Et for Lucellum
Prifcianus mat per diminutionẽ lucullus/& lucellus. Hoc lucellum/a lucro diminutiuũ Lucullus
Horatius eft/tefte Prifciano. Horatius fermone. xv. Lucar
De fene guftarit tecum partita lucellum. Lucullus cum duplicato l/proprium Lucas
Horatius fuit uiri nomen:cuius meminit Horatius in epiftolis/dicens. Luca
Ne fueris fic tu:chlamydes Lucullus ut aiũt. Inde luculleum marmor dictum Lucanus
eft. Lucar huius lucaris neutri generis/id appellatur preciũ/quod ex luco cap Lucanicus
Pompeius tatur/ut fcribit Pompeius. Et producit in obliquis ca fyllabam:ficut etiã cal/ Lucanica
Prifcianus car huius calcaris/tefte Prifciano libro. vii. Fœminini autẽ generis lucar/pro
auce ca fyllabam in obliquis corripit:ficut etiam baccar huius baccaris. Lucas
Ptolemæus proprium fuit euangeliftæ nomẽ. Luca/urbs ẽ Tufciæ/tefte Ptolemæo. Lu/
Varro ca item(ut refert Varro de lingua latina)elephas a nõnullis dicitur:quem alii
(ut pergit)bouem appellant/dicente Ennio. Atq; prius pariet locufta lucam
Horatius bouem. Lucania/ꝓuincia eft Italiæ:a qua/fit lucanus/& lucanicus. Horatius.
Martialis Lucanus/an Apulus anceps? Lucanica/hilla uocat. Martialis in apophoretis.
Filia picenæ uenio lucanica porcæ.
Prifcianus Lodix fœminini generis eft:& cum i in fecũda fyllaba fcribitur/teftibus Prifcia/ Lodix

Phocas no & Phoca. At uero Isidorus per e lodex scribit:masculiniq; (ut ait) est gene/ Lodex
Isidorus ris. Et producit in obliquis di syllabam/dicente Iuuenale. modo sub lodice re Lodicula
Iuuenalis lictis. Genus est lectisternii. Et format diminutiue lodicula. Suetonius in Au/
Suetonius gusto. Ita ut in extremis spaciis subsultum decurreret/sestertio/uel lodicula inuolutus. Sestertium hic genus est ueli.

Probus Locus in singulari numero/masculini generis est:in plurali uero/masculini/& ne/ Locus
utri/teste Probo. neq; interest/locos dicas/aut loca:licet quidam differre uo Loculus
Virgilius luerint. Virgilius. Locellus

Deuenere locos. Et format per diminutionem masculino quidem genere lo Loculum
Priscianus culus:& neutro locellum/teste Prisciano:quin etiam & locellus comperitur.
Martialis Loculus itẽ/uel locellus/eboreũ quoddã erat pecuniæ repositoriũ. Martialis.

Non nisi de flaua loculos implere moneta

Martialis Conuenit. Hic etiam ex ligno fieri solebat. Vnde est illud Martialis distichõ.

Si quid adhuc superest in nostri fæce loceli/
Est munus:nihil est:ipse locellus erit.

Rursũ loculus dicitur/quo mortui effe runtur:quod alias pheretrum capulum/libitinam uocant:ut in euangelio Lucæ scriptum est. Et accessit Iesus:& tetigit loculum (ii autem qui portabãt/ste terunt) & ait. Adulescens tibi dico:surge.

Festus Lusus huius lusus/lusio/ludus (qui etiam teste Festo in dictione corius pro coriũ Lusus
fœminino genere apud antiquos fuit) ĩ uno significato accipi possunt/aucto Lusio
Marcellus re Marcello. Alii distinguẽtes/numero multitudinis/ludos publicos dicũt:& Ludus
spectacula:ludũ uero/numero unius/p̃ exercitatione gymnastica accipiũt: Ludio
ut est ludus Palæstræ:ludus Pilæ. deniq; ludũ appellari uolunt/quom scilicet Ludius
multorũ cõuẽtus/ab uno erudit præceptore:ut est ludus gladiatorius:Ludus Ludia
musicus:ludus litterarius. Lusus uero/ad uoluptatẽ cõparatos afferunt sine ul la arte:& puerorũ proprie dicũtur. At contra/ubi ars est/& præmium/ludus uocatur:ut ludus aleæ:ludus tallarius:in quo ẽt ludo/tum spes/tum piculum
Quintiliãus propositum est. Quintilianus. Quia diuitẽ illis promiseram/patrẽ in ludum uændiderunt/tanq̃ decepti:hoc est gladiatoriũ. Quos ẽt plurali numero lu/ dos uocamus/quoties unum/pluraue pugnatorũ paria/ad spectaculũ pugna
Cicero tura producuntur. Cicero de oratore. Tum hoc in ludo nõ præcipitur. Faci/ les enim causæ ad pueros deferunt. Et statim post. Hæc est in ludo causarum fere formula:ubi de grãmatices ludo locutus est. De ludo musicæ intellexit
Terentius Terentius/de fidicina/quæ quottidie in ludo discebat. Nonnunq̃ ludus p̃ io
Horatius co ponitur:ut est apud Horatium.

Sed tñ amoto quæramus seria ludo. Lusus aũt (ut diximus) & lusio/meram
Quintiliãus uoluptatẽ propositã habẽt. Quintilianus. Nihil me offenderit lusus ĩ pueris.
Cicero Et paulo post. sunt ẽt nonnulli accuẽdis ingeniis nõ inutiles lusus. Cicero. Ex multis lusionibus/nobis senibus talos relinquãt:& tesseras:ubi de uoluptate
Suetonius senili locutus est. Ponitur tamen & lusus/pro ludo. Suetonius libro quarto. At ne ex lusu quidẽ aleæ compendium spernens. ab eo qui est ludus/fit ludio
Martialis ioculator/& ludius:& ludia ioculatrix. Martialis.
Iuuenalis Hermes cura/laborq; ludiarum. Iuuenalis satyra. vi.

quæ ludia sumpserit unq̃ Hos Habitus.

Ausonius Ludifico ludificas actiuũ/& ludificor deponens transitiuũ usurpat. Ausonius. Ludifico
Terentius Periurum lapitham Iunonia ludificat nubs. Terentius. Ludificor

Postq̃ ludificatus est uirginem. Legumen

Legumen/& legumentum/in una significatione dici potest:& producit gu syl Legumẽtũ
Iuuenalis labam. Iuuenalis satyra. xv.

& uentri indulscit non omne legumen.

Macrobius Laridũ/& p̃ syncopã lardũ/efferri põt/dictũ auctor Macrobio q̃si large aridũ. Laridum
Priscianus Ludicris ludicre (ut Priscianus/Alexander/Vgutio/Catholicon/tradidere) ter Lardum
Alexander tia declinatione declinatur. Ego secunda potius ludicrus ludicra ludicrum d' Ludicris
Vgutio clinandum dixerim/iuxta illud/quod habetur in illa lege frequenter repeti/ Ludicrus
Virgilius ta. Qui artem ludicrã exercuerit/in duodecim ordinibus primis ne sedat. Et Ludicrum

Virgilius ait.aut ludicra petuntur
Præmia Quod quidem exemplum licet Priscianus afferat pro se/nostræ ta/
men sententiæ magis confert/q̃ suæ.Nam si a tertia(ut idem uoluit)declina/
tione ueniret/ludicria dixisset Virgilius:non ludicra.Hinc est illud Horatii
Horatius in epistolis.ualeat res ludicra/si me
Palma negata macrum/donata reducit opimum:idest abeat.Ludicrum dici
Catullus potest quodcunq; lusorium opus/ac ioculare.Catullus.
Floridis uelut enitens
Myrtus Asia ramulis/
Quo hamadryades deæ
Ludicrum sibi roscido
Nutriunt in humore.

Lyra cum y græco scribitur.Instrumentum est musicum:& primam syllabam Lyra
Lucretius corripit.Inde delyrus delyra delyrum ly syllaba correpta.Lucretius libro .i. Delyrus
Quod facit hic idem perdelyrus esse uidetur: Lira
Nam contra sensus ab sensibus ipse repugnat.Lira cum i latino/sulcus uocat: Deliro
& primam producit syllabam.Inde Deliro deliras li syllaba producta. Ho/ Liris
Horatius ratius in epistolis.
Quicquid delirant reges plectuntur Achiui.Liris cum i latino utrobiq;/ flu/
Martialis uius ē Cāpaniæ/ortus ī Apœnio/& Minturnas præterlabēs:d' quo Martialis.
Cæruleus nos Liris amat:quem silua Maricæ Protegit.

Diomedes Luxurio neutrale/& luxurior deponens/hoc distant/auctore Diomede:ꝙ lu/ Luxurio
xuriare/in laude est:luxuriari uero/in crimine.Significat enim luxurio(ut Luxurior
Virgilius ait)non lasciuiā mentis:sed habitudinem corporis:ut est apud Virgiliū geor Luxor
gicorum tertio.
Luxuriatq; toris animosum pectus.transfertur tamen luxurio etiam ad alia.
Cornellius Tibullus.Luxuriant animi rebus plærūq; secundis.Cornellius Seuerus.
Tibullus Luxuriantur opes:odia atq; hinc longa grauantur.Hieronymus in ecclesia/
Hierōymus stico capitulo.xiiii.Qui aceruat ex animo suo iniuste/aliis congregat/& in
Festus bonis illius alius luxuriabitur.Comperitur etiam luxor/pro luxurior.Festus.
Luxantur a luxu dictum/idest luxuriantur.

Luxus/luxuria/luxuries/in uno significato accipi possunt/tam pro habundan Luxus
Virgilius tia/q̃ pro lasciuia.Virgilius libro æneidos primo. Luxuria
Virgilius Luxuriem segetum tenera depascit in hærba.Idem georgicorum primo. Luxuries
Aut si luxuria foliorum exhuberat umbra.

Terentius Luctor deponens est uerbum:sed & lucto luctas comperitur.Vnde Terentius Luctor
Ennius ait in ecyra.Dicitq; illi anulum sese dum luctat detraxisse.Ennius libro.viii. Lucto
Viri ualidis uiribus luctant.

Marcellus Luctus a lugeo/quarti/& secundi ordinis est.Vnde Accius referente Marcello Luctus
Accius inquit.Cesso hinc ire:& rapere lucti ueste.Lucta a luctor/pugna dicitur. Lucta

Lernus/proprium fuit nomen regis.Lerna/regiuncula quædam est in Arcadia/
Virgilius a Lerno rege cognominata:a qua/fit Lernæus cum æ diphthongo.Virgili. Lernus
libro æneidos octauo. Lerna
Lernæus turbam capitum circūstetit anguis.Lenæus absq; r/& cum æ diph/ Lernæus
thongo in media syllaba/cognomen est Bacchi/a ληνοσ/quod est torcular Lenæus
Virgilius dictum.Et producit mediam syllabam.Virgilius georgicorum secundo.
Huc pater o Lenæe ueni.

Lympha aqua/cum y græco scribitur:quæ & nympha l in n mutato dicitur.ut Lympha
in ipsa dictione uidebimus. Nympha

Lapathum cum unico p/& th aspirato scribitur.Hærba est:quæ & lapathos di Lapathum
Plinius citur:ex qua/lapathium cybus/& lapathes dictus est.Plinius libro uigesimo Lapathos
Varro naturalis historiæ.Nec lapathium dissimiles effectus habet.Varro ī modio. Lapathium
Serenus Hanc eandem uoluptatem tacitus consequi lapathio/& prisana possim.Se/ Lapathes
Columella renus.Sæpe chelidoniā cū succo lapathis addis.Columella li.xi.Lubrica iam
Vgutio lapathos/iam Rhamni spōte uirescūt.Vgutio aūt/lapathē/carycā esse dixit. Lapithæ

Lapithæ cũ unico p/& i latino/& th aſpirato/populi quidã fuerunt alpeſtres in Theſſalia:qui cum centauris bella geſſere.Lapithos eadem ſcriptura/urbs Lapithos
Ptolemæus fuit in Cypro:& eiuſdem nominis fluuius prope eandem/teſte Ptolemæo.
Seruius Lucrinus cum c exili/& i latino ſcribitur.Lacus eſt Campaniæ/a lucro cogno/ Lucrinus
Virgilius minatus teſte Seruio:de quo Virgilius georgicorum ſecundo. Locrinus
An memorem potius Lucrino quæ abdita ſaxa.Locrinus cum o poſt l/& c exili/& i latino/mons eſt in Brutiis.& eodem nomine lacus in Eubœa.
Ptolemæ⁹ Libanus cum i latino ſcribitur.Mons eſt Syriæ/teſte Ptolemæo.Fœminini aũt Libanus
Hierõymus generis/arbor eſt libanus:quæ a Hieronymo/maſculino genere ponitur. Libanum
Ait enim in eccleſiaſtico capitulo.xxiiii.Et quaſi libanus non inciſus uapora ui habitationem meam.Libanum uero genere neutrali/tus appellant.Sunt tamen qui pro ture maſculino etiam genere declinant.
Larus græcum uocabulum/genus eſt auis:quæ latine fulica uocatur.Larius/ Larus
Plinius lacus eſt Italiæ/teſte Plinio:qui iuxta Catonem in originibus/per ſexaginta Larius
Cato tenditur milia.Seruius autem ſuper ſecundũ georgicorũ/Larius(inquit)lo/ Lar
Seruius cus eſt in Gallia ciſalpina/non amplius centũ ſeptuaginta ſtadiorũ circuitu Lares
Raudenſis patens.Raudenſis hunc Comenſem eſſe lacũ affirmat:quod quidem Laurẽ Laris
Laurentius tius Valla improbat/illũ(ut ſolet)auidius carpens.Verũ non Raudenſis con Larix
Catullus frater meus/ſed Laurentius ipſe fallitur.Nam Catullus/illũ Comenſem eſſe lacũ innuit/quom ait/ſcribens ad Cæciliũ.Veronã ueniat noui relinquens
Strabo Comi mœnia:Lariũq; litus.Idem confirmat Strabo libro.v.quom ait.
Larium lacum ab Adua fluuio/qui in illũ cadit/augeri:qui fluuius poſt ea in
Virgilius Eridanũ non longe a Cremona influit.Et Virgilius/lacus Galliæ ciſalpinæ memorans/ait in georgicis.te lari maxie/teq;
Probus Fluctibus/ac fremitu aſſurgens Bænace marino.Vbi Probus ait.Larius lacus eſt qui Inſubres tangit:& peruenit uſq; Comum oppidum.Lar/maſculini generis eſt.Lares/urbs eſt inter Ampſagam fluuium/& Thabracam Aphricæ
Ptolemæus ciuitatem/teſte Ptolemæo.Lar/uel Laris/fluuius eſt fœlicis Arabiæ/ut idem
Ptolemæus Ptolemæus oſtendit.Larix arbor/per i ſcribitur:etſi per e larex/Vgutio ſcri
Vgutio bendum tradat.Et corripit in obliquis ri ſyllabam.Lucanus libro nono.
Lucanus Et larices/fumoq; grauem ſerpentibus urunt.
Lyus cum y græco ſcribitur.Fluuius eſt minoris Aſiæ/in Pontum defluens. Lyus
Virgilius Lyæus cũ y græco/& æ diphthõgo/cognomen ẽ Bacchi.Virgi.li. æneí.i. Lyæus
Regalis inter menſas/laticemq; lyæum.Neq; a lien/uel ligo ligas deſcendit/
Vgutio ut cum Catholico Vgutio ſomniauit:ſed a λύω/quod eſt ſoluo deriuatur.
Ptolemæ⁹ Liſa/urbs eſt Petrææ Arabiæ/teſte Ptolemæo.Liſus cum i latino/fluuius eſt Liſa
Ptolemæus Thraciæ.Eſt & duarũ urbium nomen:quarum una eſt in Creta:alia in Dal/ Liſus
Ptolemæus matia/teſte Ptolemæo.Lyſius cum y græco in prima duntaxat ſyllaba/fluui Lyſius
us eſt Archadiæ.Lyſias eadem ſcriptura/proprium fuit uiri nomen:& urbs Lyſias
in magna Phrygia/teſte Ptolemæo. Lateranum
Lateranum/& Lateranæ plurali tantum numero declinari poteſt.Vnde in le Lateranæ
genda ſancti Siluerii legitur.Veni ad portam/quæ appellatur Aſinaria/iux/ Lana
ta Lateranas.Locus eſt in Roma. Lanicium
Seruius Lana/& lanicium/in uno ſignificato dici poteſt/teſte Seruio:ut eſt apud Virgi Locuples
Virgilius lium georgicorum tertio.
Sit tibi lanicium curæ.
Priſcianus Locuples/trium generum eſt/teſte Priſciano libro quinto/in hæc uerba dicẽte.
Appellatiua in es terminata/producta es ſyllaba/ſi ſint ad homines pertinẽ
Priſcianus tia/comunia ſunt:ut hæres:locuples:quod & neutrũ eſt.Hæc ille.& in ſingu
Cicero lari numero tam in i/q̃ in e ablatiuum terminat:ut idem tradit Priſcianus.
Horatius Cicero in frumẽtaria.In prouincia locupleti/& referta.Horatius ſermõe.xvi.
Ouidius In locuplete domo ueſtigia rubro ubi cocco.
Virgilius Lebes maſculini/& fœminini generis eſt.Ouidius heroidum.
Hierõymus Viginti fuluos operoſo ex aere lebetes.Virgilius libro æneidos quinto. Lebes
Tertia dona facit:gemioſq; ex aere lebetes.Hierõymus i Hezechiele cap.xi. Lebeta

hæc est lebes: uos autẽ carnes. Et paulo post. Hi sunt carnes: & hæc est lebes. Nonnunq̃ a λεβητα accusatiuo græco/nostri etiam hæc lebeta formauerũt.

Hierõymus Hieronymus in libro paralipomenon secundo capitulo. xxxv. Pacificas ue/ Porphyrius ro hostias coxerunt in lebetis/& cacabis/& ollis. Genus est uasis aenei/teste Caper Porphyrio super librum nonum iliados.

Marcellus Priscianus Virgilius Cæcilius Ennius Plautus Probus Persius — Lac Lacte Lactis — Lac/& lacte/in recto/dici potest/testibus Capro/Marcello/Prisciano. Virgilius. Lac mihi non æstate nouum/non frigore defit. Cæcilius. Quæ non peperit/ lacte non habet. Ennius annalium quarto. Ex Tyberi lacte hauriri. Plautus in muginaria. Neq; aqua aquæ/neq; lacte lacti (crede mihi) unq̃ similis. Lactes/& pluralis tantum numeri/& masculini generis ẽ/teste Probo. Persius. Emeris auriculas pulmone/& lactibus unctis. At uero Priscianus singulari numero/& fœminino genere/declinari præcipit. Quod etiam probat p Titinium in ferentinati dicentum. Graticula lactis agnina. Intestinum est.

Priscianus Titinius Seruius — Lacto Lacteo — Lacto lactas primæ coniugationis/nutricum est uerbum: Lacteo uero secundæ ubera sugentium/ut scribit Seruius.

Ennius Marcellus Pacuuius — Lapis Lapio — Lapis facit in genitiuo lapis/uel lapidis. Ennius annalium quinto. Occumbunt multi lœtum ferroq;/lapiq;/pro lapide. Inde fit lapio lapis uerbum/teste Marcello/Pacuuium inducente dicentem. Lapit cor cura: ærumna corpus conficit.

Priscianus — Lingo Linguo — Lingo lingis/& linguo linguis/a quo lingua descẽdit/Priscião teste efferri põt.

Vgutio Priscianus Virgilius Priscianus Caper — Lynter Lyntris — Lynter cum y græco/& t exili scribitur. Neq; a lino linis deriuatur/ut cum Catholico Vgutio somniauit: sed a λουτηρ teste Prisciano/prima diphthongi abiecta uocali/& n littera interposita. Virgilius. cauat arbore lyntres. Genus est nauiculæ: quæ ab Vgutione in dictione dromos/etiam hæc lyntris in recto declinatur. Et fœminini generis est/teste Prisciano: apud Græcos autem/masculini. Quo etiam genere/Hoc est masculino/nostri ueteres Græcorum instar protulere: ut Caper testat/& Probus.

Probus Caper — Liquor — Liquor tam neutro/q̃ masculino genere/antiqui protulerunt/testibus Capro/& Probo.

Probus Caper Probus Pompeius Seruius — Latex — Latex/tam fœminini/q̃ masculini generis/apud antiquos fuit: ut Caper/& Probus/attestantur. Et tam uinum/q̃ aquam/significare habet/auctoribus Pompeio/& Seruio. Virgilius libro æneidos primo. Regalis inter mensas/laticemq; lyæum. Idem. Sparserat & latices simulatos fontis Auerni.

Virgilius Virgilius Caper Probus Virgilius — Lembus Limbus Limbulus Limbellus — Lembus tam fœminino/q̃ masculino genere/ueteres protulerunt/testibus Capro/& Probo. Genus est nauiculæ. Limbus cum i latino/fascia est quæ uestium extremitatem ambit. Virgilius libro æneidos quarto. Sidoniam picto chlamydem circundata limbo. Et format diminutiue limbulus/& limbellus.

Donatus Vgutio Marcellus — Lorum Laurum Lora — Lorum/& cum au diphthongo laurum/enuntiari potest/teste Donato super tertiam comœdiam Terentii/dictum quidem (ut ait) a laurea triumphorũ: sub qua/mos erat captiuos uinciri: duciq; per pompam. Neq; ab eo quod elicium deriuatur/ut cum Catholico Vgutio somniauit. Lora ea dicebatur/quom in uindemia expressisset acinis mustũ: & folliculos in doliũ/ut scribit. Marcellus. Varro d uita patrũ. Antiquæ mulieres maiores natu/bibebãt lorã.

Varro — Leuites Leuita — Leuites/& leuita/in recto dici potest: & diaconus uocatur.

Horatius Ouidius — Lemures Lemuria — Lemures pluralis tantum numeri/masculino genere/& lemuria neutro/declinari potest. Nocturnæ quædam erant quiritum uisiones. Horatius i epistolis. Nocturnos lemures/portentaq; Thessala rides. Ouidius in fastis. Ritus erat ueteris nocturna lemuria sacri. Vbi metri gratia/mu syllabam produxit.

Nonius Næuius — Loquutio Loquentia — Loquutio/& lequentia/in uno significato accipi possunt/teste Nonio/Næuium inducente dicentem in gallinaria. O pestifera pontica fera/trux tholuti loquentia: hoc ẽ uolubilis loquutio.

Homerus — Lindus — Lindus cum i latino scribitur. Ita enim in Homeri uetustissimo codice scriptum

Tortellius legi in secundo iliados.
λίνδον ἰηλυσόν τε καὶ ἀργινόεντα κάμειρον. Et in Simonidis antiquissi/
mo codice/etiam sic scriptum inueni.
τὸν ἐν ῥόδῳ κολοσσὸν ὀκτάκις δέκα
λάχης ἐποίει πήχεων ὁ λίνδιος. Tortellius autem cũ y græco scribi præ/
cipit.urbs fuit in insula Rhodo/teste Homero libro iliados præfato. Alia eo Lindum
Herodotus dem nomine est in dorica regione/teste Herodoto li.historiarum primo. Lydia
Ptolemæus Lindum/nomen est duarum urbium/teste Ptolemæo:quarum una Coryta Lydus
norum est:alia dauniorum in Britannia. Lydia cum y græco in prima sylla/ Lyde
Plinius ba/prouincia est in minori Asia/teste Plinio libro quinto naturalis historiæ.
Lydus cum y græco/proprium fuit uiri nomen:a quo/Lydia ipsa cognomi
Herodotus nata est/teste Herodoto libro historiarum primo. Lyde huius Lydes eadem
Iuuenalis scriptura/proprium fuit mulieris nomen:cuius meminit Iuuenalis satyra se
Seruius cunda/dicens.in condita pyxide Lyde.
Seruius Leo/communis generis est/teste Seruio super librum.xii.æneidos:etsi pro fœ Leo
Nonius mina/etiam leæna cum æ diphthongo dicatur:& lea/testibus eodem Seruio/ Leæna
Virgilius & Nonio. Virgilius georgicorum tertio.catulorum oblita leæna. Statius li/ Lea
Statius bro thæbaidos decimo. Leæ
Ouidius Vt lea/quam fœtam sæuo pressere cubili. Ouidius libro metamor.x.
Ptolemæus Pectus/& ora leæ/caudamq; draconis habebat. Lea item/insula quædam est
Ptolemæus iuxta Cyrenaicam Aphricæ regionem/teste Ptolemæo. Leæ pluralis tantũ
numeri/urbs est in Aphrica/ut idem Ptolemæus ostendit.
Priscianus Latro/communis generis est/testibus Prisciano/& Seruio super librum.xii. Latro
Seruius æneidos. Et(ut tradit Varro)latrones a latere dicti sunt/quasi laterones:qa
Varro circa latera esse leguntur:quos etiam satellites uocant. At uero Seruius/a λα
Seruius τρεύω/quod seruire significat/deriuatum uult esse uocabulum. Nã(ut ait)
latrones mercede obsequi/& seruire dicuntur. Quod etiam confirmare ui
Pompeius detur Pompeius/dicens. Latrones dicuntur conducti milites. Mos autẽ erat/
ut hos imperator circa se haberet:& primos mitteret ad omne discrimen.
Ouidius Laertes trium syllabarum/& Laerta/in recto/declinari potest. Ouidi. heroidũ. Laertes
Laertaq; satus/& per quos comitata redirem. Nonnunq̃ tamen & per synhæ Laerta
resim duarum corripitur syllabarum:quod in patronymico patet:ut ẽ apud Laertus
Ouidius Ouidium libro metamorpho.duodecimo.
Laertiadæq; fuit tantæ fiducia laudis.pater fuit Vlyssis:qui & Laertius uoca
Liuius tus est. Liuius in odyssea. Neq; enim te oblitus sum Laertie noster.
Priscianus Laertie dixit pro Laerti/teste Prisciano/antiquorum more/qui proprium i
ius terminatorũ nominũ uocatiuũ/in e proferre solebãt:ut li.vii.edocebim9.
Pompeius Lingua(ut scribit Pompeius)non solum pars corporis dicitur:sed etiam diffe/ Lingua
rentia sermonum:promontorii quoq; genus non excellentis:sed molliter in Lingula
planum deuexi. Et format diminutiue lingula:& per concisionem n litteræ Ligula
Priscianus ligula/testibus Prisciano/& Pompeio/in hæc uerba dicente. Ligula per di/ Lingulaca
Pompeius minutionem linguæ dicta:alias a similitudine exertæ linguæ:ut in calceis:
Martialis alias insertæ:idest ĩfrã dẽtes coercitæ:ut ĩ tibiis. Pro ea/quæ calceorũ ẽ. Martia.
Non extrema sedet lunata lingula planta. Nonnunq̃ etiam(ut diximus)n ab
Iuuenalis iicitur:& li corripitur syllaba. Iuuenalis satyra quinta.
Et ligulas dimittere sollicitus/ne Tota salutatrix iam turba peregerit orbem.
Seruius Et est hoc significato/a ligando ligulam dictam Seruius tradidit. Quod ta/
Gellius men(ut prætactum est)Priscianus/& Festus/per diminutionem a lingua fie
ri uoluerunt. Nam & Gellius/ad similitudinẽ linguæ fieri uoluit/licet in alio
significato/ligulam dictam affirmauit/quom dixit:Ligula/genus est gladii
ad similitudinem linguæ. Et(ut puto)gladius ille est/quo aromatarii ad extra
henda e uasis unguenta/uti solent:quod alii etiam cochliare/quo aromata
Georgius uertuntur/interpretati sunt:ut Georgius. Quam nonnulli etiam lingulam/
Martialis licet ĩerudite/appellauere. Quod qdẽ Martialis hoc disticho ĩpbat/quo ait.
Quanuis me ligulam dicant equitesq;/patresq;/

Nonius Plautus Pompeius

Dicor ab indoctis lingula grammaticis. A lingula/uenit Lingulaca. Lingulacæ autem (ut scribit Nonius) uerbosi dicuntur. Plautus in Casina.
Lingulaca est: nam nunq̄ tacet. Lingulaca item/genus est piscis/dicente Pōpeio. Lingulaca genus piscis est: uel mulier auguratrix.

Lesbos Lesbius Lesbous — Horatius Horatius

Lesbos/insula est: a qua/fit Lesbius: & Lesbous/bo syllaba producta. Horatius oda prima.
Age dic latinum barbite carmen/
Lesbio primum modulate ciui. Idem in primo carminum.
Lesboum refugit tendere barbiton. hæc insula/alio nomine Mitylene uocatur: & est in mari Aegæo.

Linea Linus Linum — Ptolemæus Solinus Strabo Ptolemæus Virgilius Vgutio Virgilius

Linea cum i latino/ fluuius est Hispaniæ/teste Ptolemæo/alias Lethes uocatus/testibus Solino/& strabone/ut in dictione letum uidimus. In alio autem significato linea/notum est uocabulum. Linus cum i latino/isula quædam ē deserta iuxta occidentalem plagam Iberniæ/ut Ptolemæus ostendit. Fuit ēt Linus proprium uiri nomen: cuius meminit Virgilius in bucolicis/ dicens.
Vt Linus hæc illi diuino carmine pastor. Linum/notum est quid significat.
Neq; ab eo quod est lenis lene descendit/ut cum Catholico Vgutio somniauit: sed a λιμεω antiquo uerbo græco/quod detinere significat. Virgilius georgicorum primo.
Vrit enim lini campum seges: urit auenæ.

Lineo Lino Linio — Donatus Diomedes Phocas Priscianus Varro Terentius Tibullus Vgutio Virgilius Horatius Sedulius Lucretius Petrus

Lineo lines secundæ coniugationis/antiquum uerbum est græcum: quod detinere significat. Lino linis tertiæ/facit in præterito leui/teste Donato super Terentii eunuchum: ac etiam liui/testibus Diomede/& Phoca: nec non & lini/teste Prisciano/Varronem inducente dicentem in re rustica. Cum obline rit uasa. Terentius in eunucho. Releui omnia dolia mea. In supino autem/facit litum/li syllaba correpta. Tibullus.
Oblitus & musto feriet pede rusticus uuas Linio linis quartæ/format præteritum sc̄dm analogiam liniui: supinum linitum. Et tam linio/q̄ lino/ primam syllabam corripit: Etsi Vgutio dicat habere productam. Virgilius.
seruataq; mella
Thæsauris relines. Horatius in epistolis.
Nec socerum quærit: quem uersibus oblinat atris. Sedulius.
Membra operis natale lutum/per claustra genarum
Illiniens hominem/ueteri de semine supplet. Lucretius libro quarto:
melius uigilare sit ante
Qua docui ratione: cauereq;/ne illiniaris. Quare errauit Petrus Riga/quom dixit in Thobia.

Liniit — Petrus

Liniit hinc oculos: fit medicina patri. Placet etiam hoc loco nonnullos alios eiusdem Petri errores prodere: ne uersificatores/ illius auctoritati / plus q̄ oportet/innixos errare contingat. Petrus in libris regum.

Iosepus — Petrus

Inde refert Iosepus/quod mira gerens Eleazar. Nam teste Prisciano/nomia barbara/acutum in fine accentum detinentia/more latino declinata/accentum ipsum acutum retinent: & penultimam producunt syllabam: ut ab Adā/Adamus: a Iosep /Iosepus: a Iair/Iairus: ut est alibi apud eundem Petrum.
Mensa Leui splendet: curata nara Iairi. Idem in Luca.

Iacobus — Claudianus Alexander Petrus

Alphæi Iacobus Thaddæus/Bartholomæus. Na a Iacob/declinatione latia fit Iacobus/penultima (ut supra dictū ē) syllaba ꝓducta. Vnde Claudiaus ait.
Quid laceras uersus dux Iacobe meos? Simili etiam errore peccauit Alexander/quom dixit. Filius Alphæi Iacobiq; Maria/quiescunt/Petrus in genesi.

Polymita

Quæ Polymita fuit/oscula dando patri. Polymitus cum unico l/sequente y græco/& i latino in penultima syllaba/sequente t exili scribitur. Nomen est adiectiuum/id significans/quod uariis filis hoc est diuersorum colorum est contextum. Nam πολὺ multum/μιτος autem filum interpretatur. Et cum Polymita quatuor syllabas breues contineat/nec heroico/nec elego/nisi per proceleumaticum pedem/locari metro potest. Petrus in genesi.

Petrus Vt tua perspicue scripta Matthæe ferunt. Matthæus cū t exili i prima syllaba/
& th aspirato in secunda/& æ diphthongo scribitur: primamq; producit po
Alexander sitione syllabā. Quod etiā Alexāder cōfrater meus obseruauit/quom dixit. Matthæus
Matthæum legitur: psalmos erat ante legendum. Quod tamē/q̃ congruum
Petrus sit/ipse uiderit. Petrus in exodo.
Romulus Cum fimo/uituli carnes/corriumq; crematur. Fimus primam corripit sylla Fimus
Petrus bam. Romulus.
Dum rigido fodit ore fimum/dum quæritat escam. Petrus.
Septima lux celebris/hebdomada septima festis. Hebdomada cum aspirato
initio/& hebdomas/in recto/declinari potest: ut in ipsa dictione uidimus. Hebdoma/
Petrus Et do syllabam corripit: ut est apud eundem Petrum in Daniele. da
Petrus Septem sic annos hebdomas una facit. Petrus in leuitico.
Aurea facta foris simulans hypocrita fingit. Hypocrita cum y græco i prima Hypocrita
syllaba/& i latino in penultima/& c & t exilibus scribitur: componiturq; ex
ὑπό qđ est sub (quod & corripit primā syllabam) & κρίσισ iudicium. Et di/
Petrus ci potest a nostris simulator. Petrus in Luca.
Praua relinque: tuum non miniscaris opus. Miniscor uerbum/quod in usu nō
Petrus est/nisi in compositione/ut comminiscor/reminiscor/ni syllabam positio/ Miniscor
ne producit. Petrus in Luca.
Hydropicum curat Iesus: & ne primo recumbas. Hydrops huius hydropis Hydropicus
cum aspirato principio/& y græco scribitur: & dro syllabam producit: qa
Horatius apud græcos ω mega est. Horatius in epistolis.
Macer Si noles sanus/cures hydropicus: & ni. Simili quoq; errore peccauit Macer/
Petrus quom ait.
Hydropicis sic humores desiccat aquosos. Petrus in Luca.
Bartimæus Timæi filius/unus erat. Bartimæus quatuor syllabarū/& Timæ Bartimæus
us trium/cum t exili/& i latino/& æ diphthongo in penultima syllaba scri Timæus
Sedulius bitur: quam etiam naturaliter producit. Vnde Sedulius ait.
Petrus Dum residens cæcus Timæi filius/illud. Petrus in Luca.
Cæsareum numisma uidens quod monstrat Hebræus. Numisma primam Numisma
Martialis corripit syllabam. Martialis.
Horatius Cur data sint equiti bis quinq; numismata/quare. Horatius.
Petrus Rettulit acceptos regale numisma philippos. Petrus in Luca.
Partitio quasdam scissuras schismate gignit. Partitio a partitu supino huius Partitio
Petrus uerbi partior/formatur: & ti syllabam producit. Petrus in leuitico. Epopa
Vpupa/quæ melius ita dicitur epopa/nidum. Epops/melius q̃ epopa/hæc Epops
Ouidius uolucris declinatur: & primam corripit syllabam. Ouidius li. metamor. vi. Vpupa
Alexander Nomen epops uolucri: facies armata uidetur. Quin etiam upupa u sylla/
bam corripit. Alexander neq̃.
Petrus Cum fulicis/upupisq;/petunt excelsa uolando. Petrus in libro numerorum.
Caper Humana Pilus est in carne superius/illud. Superius a supra/uel supera (ut Superius
Tullius tradit Caper) cōparatiuū est. Supera autē/pe syllabā corripit. Tullius i Arato.
Huic supera duplices humeros affixa uidetur
Tullius Stella micans. Idem in eodem.
Toruus draco serpit subter/superaq; retorquens
Priscianus Sese. Quod etiam Priscianus tractatu de præpositione annotauit. Petrus
Petrus super libros regum.
Petrus Initium fidei designant hostia portæ. Initium cum quatuor syllabas breues Initium
Petrus contineat/metro heroico capi non potest. Petrus in Thobia.
Leue gerunt: & eos gratia summa replet. Leuis leue/non onerosum/le syllabā Leue
Virgilius corripit. Virgilius libro æneidos duodecimo.
Petrus Corytiq; leues humeris/& lœtifer arcus. Petrus in Daniele.
Hariolus regis soluere uisa nequit. Hariolus cum aspirato initio/proceleu/ Hariolus
Petrus maticus pes est: qui quatuor syllabis breuibus constat. Petrus in Daniele. Tibia
Sunt tibiæ ferrum/quædā pars ferrea dura. Tibia cū t exili/& i latio utrobiq;

Horatius primam producit syllabam. Horatius in arte poetica.
Petrus Tibia non ut nunc orichalco iuncta/tubæq;. Petrus in Iudith.
Ræticulum sericum scriptura uocat conopeum. Sericus/se syllabam produ Sericus
Virgilius cit. Sic etiam conopeum/primam producit syllabam: Virgi. li. æneidos. i. Conopeū
Iuuenalis Velleraq;/ut foliis depectunt tenuia Seres. Iuuenalis.
Vt testudineo tibi Lentule conopeo. Vbi spondeus quintum locum detinet.
Petrus Petrus in libro Maccabæorum. Maccabæus
Iudas cognomen cui Maccabæus erat. Maccabæus cum gemino c exili/& æ
diphthongo scribitur: & primam producit positione syllabam. Petrus in li/
Petrus bro Maccabæorum.
Ergo Gorgias/Ptolemæus/Nicanor/ab illo. Ptolemæus tetrasyllaba dictio
cū p in initio/& t exili/& unico l sequente e/& æ diphthongo in penultima Ptolemæus
Petrus syllaba scribitur: quam & naturaliter producit: ut est apud eundem Petru
Lucanus Facta Pompeii nece Mithridati Ptolemæo. Lucanus.
Petrus Ius/& fas/multos faciunt Ptolemææ nocentes. Petrus in libro Maccabæorū.
Facta Pompeii nece Mithridati Ptolemæo. Mithridates cum i latino utrobi Mithridates
q;/& th aspirato in secunda/& t exili in ultima syllaba scribitur: & penultimā
Manilius producit. Marcus Manilius libro. iiii.
Iuuenalis Post uictas Mithridatis opes/pelagusq; receptum. Iuuenalis satyra. xiiii.
Petrus Ocyus Archigenem quære: atq; eme quod Mithridates. Petrus in Luca.
Hic ager acheldemac sermone uocatur Hebræo. Acheldemac secundam syl Acheldemac
labam positione producit. Vnde in Eua columba legitur.
Petrus Campus acheldemac. Petrus in Luca.
Hierōymus Sed solui Barabbam non Christum/Poscit Hebræus. Barabbas auctore Barabbas
Hieronymo Syrum est uocabulum: ex bar/qui apud illos filius dicitur/&
abba qui est pater/compositum. Ideoq; cum geminato b scribitur: mediāq;
Sedulius syllabam positione producit. Sedulius.
Petrus Tunc coluere Bahal: tunc elegere Barabbam. Petrus in Luca.
Scripsit Origenes/q; non tenebrosa fuerunt. Omnia enim nomina in genes Origenes
Petrus termiata/ge syllabā corripiūt: ut in initio libri ultimi differem⁹. Petrus ī Luca.
Post Parasceuen lux quæ sequitur/Pharisæos. Para præpositio græca primā Parasceue
Alexander syllabam corripit. Vnde Alexander ait.
Præcedente para/breuiatur læsio longa: hoc est Paralysis. Errat tamen Ale
xander in deriuatione huius uocabuli: dum ex græco/& latino/esse composi
tum putat. Nam paralysis cum y græco in penultima syllaba/a παραλυω/
Petrus quod significat dissoluere/deriuatur. Petrus in Luca.
Ante diem sabbati dum licet illud agi. Sabbatum cum gemino b scribitur: Sabbatum
Persius primamq; syllabam positione producit. Persius. recutitaq; sabbata palles.
Iuuenalis Iuuenalis satyra sexta.
Petrus Obseruant & ubi nudo pede sabbata reges. Petrus.
Candacis regina uirum iam duxerat istum. Candacis/Aegypti regina fuit: & Candacis
Iuuenalis da syllabam corripit: sicut Salmacis: Atracis. Iuuenalis.
Ouidius Candacis Aethiopum dicant arcana. Ouidius libro metamorph. xv.
Ouidius Cui non audita est obscænæ Salmacis unda. Idem libro primo de amore.
Petrus Atracis ambiguos traxit in arma uiros. Petrus in Luca.
Dum uenis in regnum Christe memento mei. Venis/nis syllabam producit. Venis
Arator Simili quoq; errore peccauit Arator/quom in initio heroici uersus/aduenis
Sedulius dixit. Idem & Sedulius errauit/quom ait.
Peruenis ad Christum. Peccauit etiam Sedulius in hoc uerbo excutite/cu syl
labam contra naturam producendo: in abluta/lu syllabam breuiando: in iu
Petrus gis iuge/iu syllabam corripiendo. Petrus in libro numerorum.
In terram sanctam deus imperat idola toli. εἴδωλον cum ει diphthongo/& Idolum
ω mega in media syllaba apud Græcos scribitur: quæ littera ubiq; producta
Homerus est. Vnde Homerus libro iliados uigesimotertio ait.
Arator τῆλέ με εἴργουσι ψυχαὶ εἴδωλα καμόντων. Consimili errore peccauit

Prudentius Arator/quom dixit. Claudicat/Aegyptum cũpiens/atq; idola quærens!
Sic & Prudentius in pſychomachia/ dicens.
Alexander Quoſq; uiros/nõ ira fremẽs/non idola bello. Errauit & Alexãder/quom ait.
Petrus Idola dic longum:tamen inuenies idolatra. Petrus in geneſi.
Tu prior egreſſum fac:& coniunx tua: nati
Poſtea. Fac pro face per apocopen dicitur. Et ſicut facio fa ſyllabam corripit/ Fac
Ouidius ſic & fac c correptũ habet. Ouidius heroidum. Poſtea
Phylli fac expectes demophoonta tuum. Poſtea/unica dictio/a ſyllabam ꝓ/ Allophyluſ
ducit. Petrus.
Crine/q; allophylis hoſtibus ille datur. Allophylus(ut in ipſa dictione uidi/
mus)cum gemino l/& y græco/ſequente unico l ſcribitur:& dici poteſt alieni
gena. Quod autem ibi in a littera dubius Petrum induxi/nuperrima lectio/
ne certior effectus/excluſo procul dubio/hic certius annotaui. Nam(ut ibi/
Statius dem diſſeruimus)allophylus phy ſyllabam producit. Statius li.i. ſiluarum.
Hunc quoq; perq; nouem tenuit Pamphyla meſſes. Nam ex παμ/& φύλοσ
Petrus componitur. Petrus in libro numerorum.
Ollarum carnes/peponum fercula porros. Peponum neutro genere apud Pepo
Homerus Græcos declinatur:& primam corripit ſyllabam. Homerus li. iliados. ii. Peponum
ὦ πέπορεσ. κάκ᾽ ἔλεγχε ἀχαιίδ-εσ οὐκέτ᾽ ἀχαιοι. πέπορεσ ideſt molles/& im
belles/ꝑ metaphoram a Peponis:quæ tactu mollia ſunt. Errauit etiam Ara/
Arator tor & alibi/quom ait. cui tangere non ſum
Calciamenta pedum dignus:neq; ſoluere ſummam
Quæ ligat excelſas humilis corrigia plantas. Nam calciamentũ metro capi Calciamẽtũ
non poteſt heroico:neq; calciamen:aquo calciamentum formatum eſt. Corrigia
Corrigia cum duplicato r/a corrigo corrigis/ex con/& rego deriuatur: & ri Profeſſio
Arator ſyllaba correpta eſt. Idem. Profeſſio uera
Ouidius Mendaci de teſte ſonat. Profiteor pro ſyllabam corripit. Ouidius in faſtis.
Columella Non eſt de tetricis/non eſt dea magna profeſſis. Columella libro .xi.
Arator Vimq; ſuam idcirco profitetur noĩe Graio. Arato.
Arator nullaſq; uolens contingere menſas/Eſuris ad facinus. Idem. Eſuris
Aduenis incluſo ſoluere uincla gregi. Nam eſurio eſuris/aduenis/is ſyllabã Aduenis
producunt. Arator.
Arator Forma ſacrificii perfecti priſca/caniſtro
Tres panes offerre iubet. Sacrificium cri ſyllabã corripit:nec metro capi po Sacrificium
Ennius teſt heroico. Ennius.
Arator Sic nos ille ſuos diis ſacrificare puellos. Melius dixiſſet Arator hoc modo
Sacrifici forma/ pro ſacrificii. Arator.
Auſtralem celebrare uiam/quam ſpado iugatis
Iuuenalis Aethiopum pergebat equis. Spado/eunuchus dicitur:& ſpa ſyllabam cor Spado
ripit. Iuuenalis ſatyra prima.
Cum tener uxorem ducat ſpado/Meuia Tuſcum
Martialis Figat aprum:& nuda teneat uenabula mamma Martialis.
Nec ſpado iam/nec mœchus erit te præſide quiſq̃:
At prius(o mores)& ſpado mœchus erat.
Lepra/græcum eſt uocabulum. Neq; ex prurigo/& leo les componitur/ut cũ Lepra
Vgutio Catholico ridiculus ſomniauit Vgutio.

MAchæra cum ch aſpirato/& æ diphthongo ſcribitur. Neq; a Machæra
Vgutio macto/uel macero/deducitur/ut cum Catholico ſomniauit
Vgutio:ſed græcum magis eſt uocabulum:quæ apud nos gla
Iuuenalis dius tranſfertur. Et producit mediã ſyllabã. Iuuenalis ſatyra. vii.
Oſtẽdatur/ames nomen/ uictũq; machæræ: ideſt gladii: hoc
Domitius eſt per metonymiam gladiatoris. Vbi Domitius/proprium dixit fuiſſe no/
Tortellius men præconis. Tortellius macellum interpretatus eſt.
Seruius Macellum cum unico c/ & duplicato l ſcribitur. Quod quidẽ uocabulũ Seruius Macellum

Donatus a græco deductum tradidit:Donatus super Terentii eunuchū/a mactandis Macellus
Pompeius pecoribus dictum uoluit:Pompeius a quodam cui nomen Macello/appel/ Macucatus
latum dixit. Qui Macellus in urbe(ut ait)latrocinium exercebat. Quo ut per Macella
git damnato/censores Aemilius/& Flauius/postea statuerunt/ut ĩ domo eius
Nonius opsonia uænderentur. Macellus item idem/est qui & macilentus/teste No/
Lucillius nio. Vnde Lucillius libro sexto ait.
Si nosti/non magnus homo est/nasutus/macellus. Macella urbs est mediter
Ptolemæus ranea Siciliæ/ut in cosmographia Ptolemæus ostendit.
Nonius Maceries/& maceria/in una significatione accipi possunt/teste Nonio. Paries Maceries
Sisenna is uocatur/quo uineæ/uel horti/claudi solent. Sisenna libro historiarum.iii. Maceria
Post uillarū maceries/& parietinas/quinq; cohortes in insidiis reliqt. Mace/ Maceratio
Nonius ries item pro maceratione ponitur/teste Nonio/Aphranium inducente di/
Aphranius centē in excepto. facere illi satis uis/q̄ta illius mors/sit maceries tibi. Rursum
maceria/mēbrana secūdinarū uocatur:quā alio noīe steram appellant.
Nonius Macies/macritudo/macor/in uno signignificato dici potest/auctore Nonio. Macies
Magister cum g scribitur:non autem cū duplicato ii/hac uidelicet scriptura maii Macritudo
Vgutio ster/ut scribi præcepit Vgutio. Nam si cum duplicato ii scriberetur/primam Macor
Persius syllabā ꝑduceret:cū tamē constet correptā esse/dicente Persio satyra.v. Magister
Rem populi tractas:barbatum hoc crede magistrum Magester
Vgutio Dicere.neq; ab eo qui est maior/magister deducitur/ut Vgutio somniauit.
Pompeius Sed a magis descendit/ut scripsit pompeius/in hæc uerba dicens. Magistri/
non solum doctores artium/sed etiam pagorum societatum/uicorum/col/
Seruius legiorū/equitum/dicuntur:quia omnes hi magis cæteris possunt. Et Seruius
ait. Magistri appellantur ii/quibus præcipua rerum cura incumbit:& qui ma
gis/q̄ cæteri/diligentiam & sollicitudinem/rebus quibus præsunt/habere de
bent. Antiqui ēt/sicut magis/& mage/ita magister/& magester dixerunt.
Mantæle huius mantælis cum t exili/& æ diphthōgo/& unico l/& mantælum/ Mantæle
Seruius Seruio teste/declinari potest:cōponiturq; ex ea/quæ est manus/& tæla. Oui Mantælum
Ouidius dius libro fastorum tertio. Mantile
Lucillius Dixerat ad dextram uillis mantælle solutis. Lucillius.
Plautus mappas/mantælla/merumq;. Plautus.
Nechis sycophantiis/nec phucis/ullum mantælū obuiā est. Nōnunq̄ muta/
mus æ diphtongū in i:& dicimus mantile:ut in multis fieri cōsueuit:ut a quæ
Martialis ro inqro:a cædo incido:a lædo illido:ab æquus iniquus. Martialis.
Virgilius Mantile e mensa surripit Hermogenes. Virgilius libro æneidos primo.
tonsisq; ferunt mantilia uillis.
Virgilius Maturo maturis primæ coniugationis est/dicente Virgilio. Maturo
Ouidius Maturate fugam. Matureo matures/secundæ. Ouidius libro metamor.xiiii. Matureo
Hæc tibi nubilibus primum maturuit annis. Ponitur nonnunq̄ maturo/pro Maturio
Hierōymus matureo. Hieronymus in Iohele capitulo ultimo. Mittite falces:quia matura/
uit messis. comperitur etiam maturio maturis quartæ coniugatōis:ut ē apud
Quintiliāus Quintilianum de causis. Cōtra libidinē maturire non potest.
Prisciāus Matur/& maturus matura matur/declinarūt pōt/teste Prisciano:& a matur(ut Matur
ait)fit superlatiuus:a gradus maturimus maturus uero/maturissimus. Maturus
Cicero Mausolus trium sillabarum/propriū fuit uiri nomen:a quo/mausolum sepul/ Mausolus
rionia/formari põt. Queſtus facit in datiuo plĩ/& ablatiuo/queſtibus p u.

Virgilius — Qualus cum unico l/genus eſt uaſis uiminei:qui & calathus dicitur. Virgilius. — Qualus
Priſcianus — tunc ſpiſſo uimine qualos/Colaq; prælorum fumoſis deripe tectis. Qualus — Quaſillus
Feſtus — format p̃ diminutionẽ q̃ſillũ/teſte Priſciáo:qn̄ & hic q̃ſillus. Feſtus. Calathos — Quaſillum

Tullius graeci/nos dicimus quasillos. Tullius in Philippicis. Annon inter quasilla pẽ
Tibullus det aurũ? Et corripit qua syllabam/licet qualus illam producat. Tibullus.
Porphyrio Sic tibi cura togæ potior/pressumq; quasillo. Qualus item pro lanificio po
Acron nitur/ut interpretati sunt Porphyrio/& Acron/illud Horatii in tertio carmi
num: tibi qualum Cythereæ puer. Quod quidem uasculum/diminutiue qua
sillum mulieres uocant. Id autem est/in quo/pensa/uel tramá reuoluere solẽt.

Qualis quale relatiuum qualitatis/sequenti substantiuo respondet: sed & non/ Qualis
Horatius nunq̃ antecedenti. Horatius in epodo. Sed incitat me pectus/mammæ pu/
tres/equina quales hubera.

Priscianus Quercus/tam secunda/q̃ quarta declinatione declinari potest/teste Prisciano. Quercus
Cicero Cicero in chorographia. Quercorum rami ad terram iacent. Et format pro Quernus
Virgilius materiato/quernus/& querceus. Virgilius georgicorum primo. Querceus
Porphyrio Sed tamen & quernas glandes. Porphyrio super illud Horatii in secundo Querq̃ra
Seruius carminum/Querceta Gargani laborant/Querceta (inquit) dicuntur a quer
ceis scilicet arboribus. Et Seruius super illud æneidos. vi. At qui umbrata ge
Vgutio runt ciuili tempora quercu/ait. Querceam coroná accipiebát/qui in bello
ciuem seruassent. Neq; a quæro, quæris quercus descendit/ut cũ Catholico
Pompeius Vgutio somniauit: sed a querquera/auctore Pompeio/in hæc uerba dicẽte.
Quercus dicitur/ꝙ id genus arboris/graue sit/& durum: tum etiam in ingen
tem euadat amplitudinem. Querqueram enim (ut subdit) grauẽ/& magná/
Lucillius quidam dici putant. Querquera item/frigida interpretatur/ut est cũ tremo
Vgutio re febris. Lucillius. Iactás me/ut febris querquera. Neq; a queror querquera
Pompeius deducitur: ut cum Catholico somniauit Vgutio: sed a καρκαρα/quod Græci
dicunt/ut idem auctor est Pompeius.

Agrætius Quondam/tria tenet tempora/præteritum/præsens/futurum/testibus Agræ/ Quondam
Seruius tio in Caprum/& Seruio. Virgilius in bucolicis. quondam tua dicere facta/
Virgilius Tempus erit. Instantis autẽ temporis/idẽ etiá Virgilius protulit/quom dixit.
Virgilius Quondam etiam uictis redit in præcordia uirtus. Præteriti uero tpis posuit
Boœtius Boœtius in initio operis de consolatione/quom ait.
Carmina qui quondam studio florente peregi.

Quis uel qui/quæ uel qua/quod uel quid/genitiuo cuius/datiuo cui/uel quoi/ Quis
Quintiliáus teste Quintiliano: quod & protulit Catullus/quom dixit. Furi quoi neq; ser/ Quisq̃
Catullus uus est/neq; arca. Veteres etiam genitiuo cui dicebant/teste Prisciano. Vnde
Priscianus Cicero pro Roscia/ait. Vereor enim cuicuimodi est Rosci/ne ita hunc uide
Cicero ar seruare/ut tibi omnino non pepercerim: hoc est cuiuscunq; modi. Et non
Virgilius nunq̃ monosyllaba dictio est: & quãdoq; disyllaba. Virgi. li. æneidos quinto.
Martialis Cui uix attollens Palinurus lumina fatur. Martialis. Cui portat gaudens an/
Manilius cilla paropside rubra Halecem. Bisyllabá aũt dictionem expressit Manilius/
quom ait li. quarto. Sic erit & sedes fugienda/petendaq; cuiq;: Sic speranda
fides: sic & metuenda pericla. Albinus rerum Romanarum libro primo. Ille
Albinus cui ternis capitolia celsa triumphis Sponte deum patuere/cui freta nulla re
Priscianus postos Abscondere sinus/non tutæ mœnibus urbes. Et notandum ꝙ tá fœ/
Diomedes minino/q̃ masculino genere/quis proferri potest/testibus Prisciano/& Dio
Ennius mede/Ennium referente dicentem. Quis tu es mulier/quæ me insueto núcu/
Plautus pasti nomine? Et Plautus in uitularia/ait. Dic mihi si audes/quis ea est/quá
uis ducere uxorem. Sic etiam quisq̃ fœminino genere protulit Terentius in
Terentius eunucho/dicens. Hunc oculis nostrarũ quisq̃ non uidit/pro quæq̃. Vbi Do/
Donatus natus/quisq̃ (inquit) multis exemplis probatur etiá fœminino genere uete/
Terentius res protulisse. In ablatiuo aũt singulari/facit quo qui/qua qui/quo qui. Te
Virgilius rentius in eunucho. qui cũ parmenone: idest cũ quo. Virgilius libro æneí. xi.
Accá ex æqualibus uná/Qui cũ partiri curas: idest cũ qua. Nominatiuo plu/
Priscianus rali/qui/quæ/qua/quæ: quod antiqui declinabát qui/uel ques/quæ/uł ques/
Pacuuius teste Prisciano/Pacuuiũ inducente dicentem in Medea. Ques sunt isti? Et Ca/
Cato to in originibus/ait. Si ques sũt populi. Genitiuo plurali/quorum quarum
Seruius quorum/uel quium a ques/teste Seruio super librum primum æneidos/da
tiuo/& ablatiuo/quibus/uel quis/producta tamen syllaba/ut scilicet

differat a nominatiuo ſingulari:ubi correpta eſt:ut eſt apud Lucanum libro
Lucanus ſecundo. Pro fata/quis ille/Quis fuit ille dies?Horatius ſermone primo.
Horatius Quis humana ſibi doluit natura negatis/pro quibus.
Caper Quoties cum ſ poſt e/& ſcribi/& efferri debet/teſte Capro de latinitate: Simili Quoties
quoq; modo toties:ſicut decies/centies/millies.
Quies ſubſtantiuũ/fœminini generis/adiectiuũ uero/triũ ẽ generũ/teſte Priſcia Quies
Priſcianus no/in hæc uerba dicente. Inquies/cuius extremã ſyllabã corripi dixit Probus/
genitiuo inquietis declinatur:quod trium factũ eſt generũ:cuius etiã ſimplex/
in uſu trium generũ inuenitur. Hæc ille. Vnde Saluſtius libro hiſtoriarum ſe
Saluſtius cundo/ait. Et in quiete nomine hiſtriones uix ſane Burbuleium appellabat.
Næuius Næuius in carmine belli punici. Ianq; eius mentẽ fortuna fecerat quietẽ. Lyci
Lycinius nius Macer annaliũ primo. Non minimo opere milites quietes uolebãt eſſe.
Priſcianus Quies ſubſtantiuũ/facit in genitiuo quietis/& quiei/teſte Priſciano. Aphra
Aphranius nius in emancipato. Sollicito corde corpus non Potitur nunc quie. Næuius
Næuius in Proteſilao. Complexa ſõno corpora operiuntur:ac ſuaui quie dicantur.
Virgilius Virgilius. nec placidam membris dat cura quietem.
Seruius Quando pro aliquando ponitur:& nonnunq̃ pro ſiquidem/teſte Seruio:ut eſt Quando
Virgilius apud Virgiliũ libro æneí. xi. quando tot ſtragis aceruos Teucro℞ tua dextra Quande
Nonius dedit. Quandoq; pro qm̃ accipitur:ut interpretatur Nonius illud Virgilii:
Feſtus hic tibi fabor enim:qñ hæc tua cura remordet. Feſtus. Quando non ſolũ id
quod quia ſignificat:ſed etiã id quod poſtq̃. Et quõm graui uoce pronuntia
tur/ſignificat quia:& eſt cõiunctio. Quando uero accentu acuto/tunc aduer
bium eſt temporis. Quande etiã pro qñ dicebant antiqui. Hæc ille.
Quiane/& quianã/hoc diſtant:ꝙ quiane reuera ſignificat/teſte Seruio:ut ẽ apd Quiane
Seruius Virgiliũ libro ænei. quarto:quiane auxilio iuuat ante leuatos. Quianã uero/ Quianam
Virgilius cur/uel quare ſignificat/auctoribus Seruio/& Feſto. Et eſt una particula:ſicut
Seruius & quiane. Virgilius libro ænei. v. Heu qanã tãti cinxerũt æthera nimbi.
Feſtus Quatenus cũ e/ſignificat qua fine:ſicut hactenus hac fine/auctore Feſto:qđ anti Quatenus
Virgilius qui(ut pergit)quatenos dicebant. Quatenus item/ſignificat quouſq;:ut iter/ Quatenos
Feſtus pretatus eſt Seruius illud Ciceronis in Lælio:eſt enim quatenus amiciciæ da Quatinus
Seruius ri uenia poſſit. Quatinus per i/ſignificat quia:ut eſt apud Iuuenalẽ. Quatinus
Iuuenalis hic non ſunt & uænales elephanti:ideſt quia. Acron ſup illud Horatii in ter/
Acron tio carminũ/clarus poſt genitis quatenus/quatenus(iquit)q̃diu ſignificat. Nã
quatenus aduerbiũ eſt interdum tpis:interdũ loci. Quatinus uero/cõiunctio
tantum eſt. Hæc ille.
Iuuenalis Quadrans/genus eſt ponderis:quadra uero/menſa quadrata. Iuuenalis. Vt bo Quadrans
Virgilius na ſũma putes aliena uiuere quadra. Virgilius li. æneidos. vii. Patulis nec par Quadra
Martialis cere quadris. Martialis. Cũ mittis turdũue mihi/quadramue placentæ.
Quiris huius quiritis cũ i latino/ſingulari numero declinatur:etſi pluralis tantũ Quiris
Donatus numeri Donatus eſſe tradiderit. Iuuenalis. tñ una plebe quiritẽ Facundũ inue Quirites
Iuuenalis nies. Perſius ſatyra ſexta. Heu ſteriles ueri/quibus una quiritem Vertigo fa/ Quiritis
Perſius cit. Lucanus libro ſeptimo. Hirtã membra ſuper Romani more quiritis
Lucanus Induxiſſe togam. Horatius in epiſtolis. Ludicra/& plauſus/& amici dona q/
Horatius ritis. Ouidius. An ſi pulſaſſem minimũ de plebe quiritem. Poteſt etiam decli
Ouidius nari in recto hic quirites/auctoribus Petronio/& Sergio in Donatum:quin
Petronius etiam hic & hæc quiritis/teſte Seruio ſuper librũ quartũ æneidos. Et facit in
Sergius genitiuo plurali/quiritiũ:& per ſyncopam quiritũ/teſte Priſciano. Horatius
Seruius oda prima. Hunc ſi nobilium turba quiritium. Varus. Vændidit hic Latium
Priſcianus populis:agroſq; quiritum Eripuit.
Horatius Queo quis quit/& queor/ueteres protulerunt/teſte Diomede/Accium inducẽ Queo
Varus te dicentem. Vnde omnia perdiſci/ac percipi queũtur. Et Lucretius libro pri Queor
Diomedes mo/ait. Dum ueniant aliæ/ac ſuppleri ſumma queatur.
Accius Quinquatria dicebantur feſta/quibus fiebant qnq; diebus ſacra Palladi(ut Oui/ Quĩquatria
Lucretius dius docet)ita appellata:quoniam quinq; diebus poſt idus celebrabantur.
Ouidius Dies enim poſt idus ater erat. Inde quinquatria/quaſi qnq; ab atro die. Oui
dius ĩ faſtis. li. iii. Vna dies media eſt:& fiũt ſacra Mineruæ. Noia quæ a iũctis

	quinq; diebus habent. Sanguine prima uacat: nec fas concurrere ferro:	
	Causa q͂ est illa nata Minerua die. Altera/tresq;/sup strata celebrãtur arena:	
	Ensibus exertis bellica læta dea est. Et tam secũda/q̃ tertia declinatione/plu	
Macrobius	rali tantũ numero substantiue declinatur/sicut & cætera noĩa festorũ/aucto	
Iuuenalis	re Macrobio. Iuuenalis satyra. x. Incipit optare: & totis quinquatribns optat.	
Cicero	Cicero in epl'is. Ita tumultuosæ cõciones/ita molestæ qnquatriis afferebãt.	
Sylius	Quadrupes/& quadripedás/dici põt. Sylius li. iiii. collisaq; quadrupedantũ	Quadrupes
Virgilius	pectoribus/toto uoluuntur corpora campo. Et Virgilius li. æneidos. xi. per	Quadrupe/
	fractaq; quadrupedantum Pectora pectoribus rumpunt.	dans
Diomedes	R Adix/tam masculini/q̃ fœminini generis est/testibus Diome/	Radix
Donatus	de/& Donato in editione secunda: & in obliquis di syllabã ꝓ/	
Ouidius	ducit. Ouidi. li. meta. xiiii. Moly uocãt supi/nigra radice tenet.	
Caper	Ræte neutro/& rætis masculino/& fœminino genere/declĩa	Ræte
Probus	ri põt/testibus Capro/& Probo: sed & hæc rætia/teste Priscia	Rætis
Priscianus	no. Plautus in rudente. Non uides proferre me uuidũ rætem sine squamoso	Rætia
Plautus	pecu? Idem iterũ in rudente. Nam tũc & operã ludos facit/& rætiã/ut tempe	Rætiolum
Plautus	stas est. A neutro/fit rætiolũ/& ræticulũ: a fœminino/ræticula: a rætia/rætia	Ræticulũ
Psalmogra	culũ: ut est apud Psalmographũ. Cadent in rætiaculũ eoꝝ peccatores. Et (ut	Ræticula
phus	Apuleio placet) cũ æ diphthõgo annotatur.	Rætiaculũ
Apuleius	Rallum cũ duplicato l/nouacula dicitur. Ralla eadẽ scriptura/genus est uestis/	Rallum
Marcellus	a raritate dicta/auctore Marcello.	Ralla
Diomedes	Rana format ꝑ diminutionẽ ranũculus/testibus Diomede/Donato: Prisciano:	Rana
Donatus	uel secũdũ Vgutionẽ/ranula: uel (ut Gasparinus tradit) ranella.	Ranũculus
Priscianus	Ricinus cũ i latino utrobiq;/& hoc riciniũ/declinari põt/Seruius. Ricinus/ge/	Ranula
Vgutio	nus est uestis muliebris. Varro de lingua latina. A reiiciendo riciniũ dictũ est.	Ranella
Gasparinus	Festus. Riciniũ/omne est uestimẽtũ quadratũ. Est etiã ricinus genus cucume	Ricinus
Seruius	ris: & genus uermis/qui exitũ non habet. Ricina/insula quædam est, Iberniæ	Ricinium
Varro	supiacens/teste Ptolemæo. Rica cũ i latino/& c exili/uestimentũ est quadra	Ricina
Festus	tum/fimbriatũ/purpureũ: quo flamines pro palliolo utebãtur/teste Festo: &	Rica
Ptolemæus	a ritu dicta est/auctore Varrone de lingua latina. Alii dicũt/q͂ ex lana fiat suc	Ricula
Festus	cida alba: & cæruleo colore inficiatur. Et format diminutiue ricula.	
Varro	Regilla cũ duplicato l/fœminino genere declinatur/teste Marcello: quã & re/	Regilla
Marcellus	gillũ neutro declinari posse tradit Vgutio. Genus est uestis.	Regillũ
Vgutio	Rhegyum cũ aspiratiõe post r/& y græco/a Tortellio scribi præcipitur. Ciui/	Rhegyũ
Tortellius	tas est Calabriæ/seu Brutiorũ/teste Liuio libro. iiii. de secũdo bello punico.	Regyni
Liuius	Est aũt in eo loco/quo Italia a Sicilia dirupta est. Vnde & a ῥηγνύω/quod est	Regiũ
Festus	dirumpo/nomen assumpsit. Quare Festus/dixit esse municipiũ in freto Sicu	Regienses
Vgutio	lo. Neq; a rege cognominatũ est/ut cũ Catholico Vgutio sõniauit. Et ab hoc	Regiã
Ptolemæus	Rhegyo/Rhegyni dicti sunt. Regiũ absq; aspiratione post r/& cũ i latino/	
Ptolemæus	urbs est Galliæ cisalpinæ/a rege denominatũ: a quo/Regienses uocitati sũt.	
Serenus	Regia/urbs est Syriæ/teste Ptolemæo. Sunt & eodẽ noĩe uocatæ duæ urbes	
	mediterraneæ Iberniæ Britãnicæ/ut idẽ Ptolemæus ostendit.	
	Rhaphanus cũ aspiratiõe post r/fœminino genere/& rhaphanũ neutro/declĩa	Rhaphanꝰ
Plinius	ri põt. Serenus rhaphanus uel cocta iuuabit. Plinius li. xx. naturalis historiæ.	Rhaphanũ
	Rhaphanũ & siluestre diximus esse laudatissimũ in Arcadia. Genus est radi/	
Serapion	cis: qd' etiam masculino genere Serapion protulit.	
Lucanus	Rigeo riges secũdæ/& rigo rigas primæ cõiugationis/utrũq; uerbũ notã hẽt	Rigeo
Ouidius	significationẽ: & utrobiq; ri syllaba corripitur. Lucanus libro nono.	Rigo
Boœtius	Aphrica Cyrenis etiã tũc bruma rigebat. Ouidius libro metamor. quinto.	
Lucanus	Dextera diriguit: nec citra mota/nec ultra est. Boœtius. Et ueris elegi fletibus	
Seruius	ora rigant. Lucanus li. vi. Irrigat Amphrysos famulantis pascua phœbi.	
Persius	Ramus/& hoc ramale/dici põt/teste Seruio sup quartũ georgicoꝝ. Persius.	Ramus
Ouidius	Vt ramale uetus. Ouidi. li. meta. viii. Multifidasq; faces/ramaliaq; arida tecto.	Ramale
Phocas	Rastrum neutro genere/& raster masculino/teste Phoca/declinari põt. Vnde	Rastrum
Seruius	plurali numero rastros dicimus/& rastra. Seruius. Rastra/q͂ terram radant	Raster

	appellantur. Rastrũ format diminutiue/rastellũ: raster ãt rastellus. Varro de	Rastellum
Varro	lingua latina. Quo abrasu rastelli dicti sunt.	Rastellus
	Rudio rudis quarta/& rudo rudis tertia cõiugatione/declinari põt. Sed rudio	Rudio
Ouidius	ru syllabã corripit: rudo uero/indifferentẽ habet. Ouidius li. metamor. viii.	Rudo
Virgilius	Hortaturq; sequi: dãnosaq; erudit artes. Virgilius li. æneí. vii. Vincla recusãtũ	
Persius	& sera sub nocte rudẽtũ. Persius. Findor/ut Archadiæ pecuaria rudeř credas.	
	Ruder/& rudus/in recto/genitiuo ruderis declinatur: sicut pondus huius pon/	Ruder
Lucillius	deris. Lucillius satyrarũ secũdo. Et iacendũ huc aggerem/& id genus rudus.	Rudus
Festus	Rudus/uel (ut scribit Festus) raudus/res rudis/& imperfecta dicitur. Homo	Raudus
	quoq; imperitus/rudis appellatur. Hoc Raude/uilla quædã est agri Medio/	Rudis
Ptolemæus	lanensis in Insubria. Rauda/urbs est in Hispania/teste Ptolemæo. Rudus fœ	Raude
Seruius	minini generis/ea uirga uocabatur/qua donati gladiatores a gladiatura cessa	Rauda
Iuuenalis	bant/teste Seruio. Iuuenalis satyra quinta. Accepta rude cœpisset Vegẽto ui/	Rudis
Caper	deri. Rudens/tam fœminini/q̃ masculini generis est/testibus Capro/& Pro/	Rudens
Probus	bo. Restis est nautica. Catullus. Candidaq; intorti sustollant uela rudẽtes. Ru	Ruda
Catullus	da/urbs est Drãgianæ prouinciæ/teste Ptolemæo. Rudiæ pluralis tantũ nu	Rudiæ
Ptolemæus	meri/urbs est Sallentinorũ/teste Ptolemæo: de qua Sylius libro. xii. Miserũt	
Ptolemæus	Calabri: Rudiæ genuere uetustæ.	
Sylius	Rapa fœminino/& rapũ neutro genere/declinari põt. Plinius li. xx. naturalis	Rapa
Plinius	historiæ. Siluestre rapũ in aruis maxie nascitur fruticosũ. Serenus. Crudaq;	Rapum
Serenus	dulcacido miscebis rapa liquore. Martialis. Hæc tibi brumali gaudentia fri/	Rapulum
Martialis	gore rapa/Quæ damus. Et format per diminutionẽ rapulũ. Horatius sermo	Rapula
Horatius	ne. xvii. Captus (ut aiebat) cœnæ pater acria circum Rapula. Idẽ sermone. xii.	
Horatius	quom rapula plenus Atq; acidas mauult inulas. Vgutio format ẽt a fœmini	
Vgutio	no rapa diminutiue hæc rapula.	
	Rhodopis huius rhodopidis uel Rhodopoidos/cũ aspiratione post r scribit.	Rhodopis
Herodotus	Propriũ fuit meretricis nom̃/teste Herodoto li. historiarũ. ii. quæ a Plinio/&	Rhodope
Plinius	Strabone li. ultimo/Rhodope uocatur. Alia eiusdem nois Rhodope/fuit	
Strabo	Thracũ regina. Rhodope item/mons est Thraciæ/teste Floro libro historia	
Florus	rum tertio/a Rhodope regina ibi sepulta/sic cognominata. Quẽ montẽ So	
Solinus	linus dixit esse Mygdoniæ. Et utrunq; esse põt: qa conterminæ regiones sunt.	
Virgilius	Et corripit do syllabã. Virgilius. Quaq; redit mediũ Rhodope porrecta sub	
	axem/Illic clausa tenent stabulis armenta.	
Põponius	Rhodos huius Rhodi cũ aspiratione post r scribitur. Insula est Lyciæ/teste Põ	Rhodos
Lucanus	ponio Mela li. ii. & eiusdẽ nominis urbs in ea: de qua Lucanus li. viii. claráq;	Rhoda
Ptolemæus	relinquit. Sole Rhodon. Rhoda/urbs est Indigetũ/teste Ptolemæo. Rhodi	Rhodius
Homerus	us fluuius fuit Troianus/teste Homero libro iliados. xii. Rhodia urbs est Ly	Rhodia
Ptolemæus	ciæ circa montẽ Massicitẽ/teste Ptolemæo. Rhodia itẽ/Oceani/& Tethyos fi	
Hesiodus	lia fuit/teste Hesiodo in theogonia.	
	Rhien cum aspiratione post r/& i latino/apud Græcos scribitur: qui a nostris	Rhien
Varro	absq; aspiratione/ren uocatur. Nam teste Varrone/latinũ est uocabulũ/a riuo	Ren
Festus	dictũ. Antiqui rhienes appellabant nephrundines/ut auctor est Festus. Plau/	
Plautus	tus. Glaber erat tanq̃ rhien.	
Nonius	Raptor a raptu supino/& rapinator a rapina/in uno significato/dici põt/teste	Raptor
Lucillius	Nonio. Lucillius li. ii. Homo impudicus/& ĩpune est rapinator. Varro ĩ Mar	Rapinator
Varro	co. In inuidiam ueniant in hoc ipso rapinatores.	
Virgilius	Rhenus cũ aspiratione post r/& hoc Rhenũ/declinari põt. Virgilius li. æneí.	Rhenus
Horatius	viii. Extremiq; hominũ Morini/Rhenusq; bicornis. Horatius in arte poetica.	Rhenum
	Aut flumen Rhenũ/aut pluuius describitur arcus. Fluuius est Galliæ. Est &	Rheno
	eodem noie fluuius in Italia/non longe a Bononiensi urbe fluens/dicẽte Sy	Rhena
Sylius	lio libro. viii. paruiq; Bononia Rheni. Hic Rheno/genus est uestis ex pelli/	
Salustius	bus/auctoribus Salustio in historiis/& Seruio super tertiũ georgicorũ/græ	
Seruius	cum (ut puto) uocabulũ. Nam ῥιπος pellis interpretatur. Rhena/insula quæ	
Ptolemæus	dam est iuxta Atticã/non longe a Cycladibus/teste Ptolemæo.	
	Ritus huius ritus/& rites huius ritis/declinari potest: sicut impetus/& impes:	Ritus
Statius	ut in ipsa dictione uidimus. Statius libro thæbaidos. xi.	Rites

Hei mihi primiciis ararum/& rite nefasto

Pompeius Libatus. Dicitur aūt ritus/auctore Pompeo/mos/uel cōsuetudo. Rite uero aduerbium/bene/uel recte significat.

Priscianus Rus/habet plurali numero rura/& ruribus. Priscianus in perihegesi. Europes/Asiæ disiungens ruribus arua. Inde fit ruro ruras uerbū/pro eo quod ē rusticor/teste Nonio. Plautus in captiuis. Dum rurant hoies. Sed & ruror deponens Varro protulit/quom dixit. Dum in agro studiosius ruror/aspicio Triptolemū sculponeatū/bigas sequi cornutas. Nonius Plautus Varro Rus Ruro Ruror Rusticor

Pompeius Varro Nonius Seruius Virgilius Rumo rumas dixerūt antiqui/teste Pompeio: quod nunc rumino dicitur/& ruminor deponens. Varro in tanaquile. Non modo absens de te sæpius cogitabit: sed etiā ruminabitur humanitatem: idest in memoriā reuocabit/interprete Nonio. Proprie tū ruminare/teste Seruio/est remouere/& denuo consumere. Virgilius in bucolicis. Ilice sub nigra pallentes ruminat hærbas. Rumo Rumino Ruminor

Pōpeius Rumen huius ruminis/ea colli pars est/qua æsca deuoratur/teste Pompeio. Rumen

Nonius Hæc ruma/apud ueteres mamma uocabatur/teste Nonio. Ruma

Probus Serenus Iuuenalis Horatius Virgilius Rubus/masculini generis arbuscula est: quæ tū a Probo/fœminini generis traditur: cuius fructus/fœminini etiam generis est/dicente Sereno. Manditur apta rubus gingiuis/& bona labris. Rubetū/locus ruborū est. Hæc rubeta/genus est ranæ uenenosum. Iuuenalis satyra prima. Porrectura uiro miscet sitiente rubetā. Rubi/pluralis tantū numeri/oppidū est Italiæ: de quo Horatius sermone quinto. Inde rubos fessi peruenimus/utpote longum Carpentes iter. Inde fit Rubius rubia rubiū. Virgilius. Nunc facilis Rubia cōtexitur fiscina uirga. Ruber rubra rubrū/& rubeus/declinari pōt. Rubus Ruberum Rubeta Rubi Rubius Ruber Rubeus

Refuga/cōis generis est: & is dicitur/qui aliorū dominium refugit. Refuga

Rogo rogas uerbū/uaria compositione/diuersa detinet significata. Vnde uersus. Si rogat addideris con/congregat: e dat: i infert: De minuit: sub substituit: pro protrahit: inter Quærit: præ superat: ab destruit: atq; superbit. Rogo

Sylius Rauenna/urbs est Italiæ padulosa/dicente Sylio libro octauo. Lenta paludosæ proscindunt stagna Rauennæ. Inde hic & hæc Rauennas/uel Rauēnatis. Vnde in legenda sancti Leonis papæ legitur. Restituta est ecclesia Rauennatis sub ordinatione sedis apostolicæ. Rauenna Rauennas Rauēnatis

Marcellus Virgilius Varro Rursus/& rursum/dici pōt: & significat iterū: & nōnunq̄ pro retro ponitur/teste Marcello. Virgilius georgicorū tertio. Rursum cura patrū cadere: idest retro. Varro in ādabatis. Mortales multi/rursus/ac prsus meant: hoc ē retro. Rursus Rursum

Priscianus Reminiscor reminisceris/deponēs est uerbū: sed & reminisco ueteres protulerunt/teste Prisciano. Et tam gtō/q̄ ablatiuo/iungi pōt. Reminiscor Reminisco

Probus Hierōymus Priscianus Marcellus Claudius Recordor recordaris/deponens est uerbum: quod tū Probus tradit esse cōe. Vnde & passiuū ptulit Hierōymus ī Hezechiele cap. xviii. dicēs. Oēs iusticiæ eius quas fecerat/non recordabūtur. Antiqui etiā recordo dixerūt/testibus Prisciano/& Marcello: qui & Claudiū Quadrigariū refert scripsisse: eū recordauit. Et tam cū gtō/q̄ cum ablatiuo/construi potest. Recordor Recordo

Apuleius Rhætorica huius rhætoricæ/cū aspiratione post r/& æ diphthongo (ut Apuleio placet/ea scilicet ratione/quā in dictione syncerus docebimus) & t/& c exilibus/& more græco rhætorice huius rhætorices/declinari pōt. Rhætorica Rhætorice

Manilius Respondeo respondes secūda/& respondo respondis tertia coniugatione declinari potest. Manilius libro quinto. Sic ēt magno quædā respōdere mūdo. Respōdeo Respondo

Solinus Pausanias Isidorus Martialis Rhinoceros huius rhinocerotis cū aspiratione post r/& i latino/& c exili scribitur. Animal est/unicū in nare cornu habēs/& repandū/teste Solino. At uero Pausanias/duo habere cornua affirmat: alterū quidē insigni magnitudine/ex naribus extans: alterū qd' supius erūpit exiguū/sed ualidissimū. Isidorus autem libro etymologiarum. xii. declinat in recto hic rhinoceron genitiuo rhinocerontis. Ponitur nonnunq̄ rhinoceros pro quodam uase/oleum guttam fundente lauantibus se in balneis/ut est apud Martialem. Gestauit fronte modo me iuuencus: Verū rhinocerota me putabis pleno gutto. Rhiōceros Rhinoceron

Re si componitur cum uerbo in initio uocalem habente/uel aspiratum principium/d littera ut plurimū interponitur: ut redeo/redandruo/quod idē Re

significat:redābulo/reduno/redamo/redintegro/redimo/redoleo/redūdo/
Ouidius redigo/redarguo/redardeo. Ouidius de remedio. Flamma redardescit/quæ modo nulla fuit. Redhibeo/redhostio/gratias refero/etiā d recipiūt. Interponitur etiā d in his uerbis/indigeo/indulgeo/prodeo/prodest/pdigo/reddo/redduco:etsi cum unico d reduco scribi possit:ut sup regulā/Reiicio/refert/libro ultimo clarius edocebimus.

Refragor refragaris/deponēs est uerbū:quod antiqui etiā refrago protulerūt/ Refragor
Marcellus teste Marcello. Vnde Sisenna libro historiarū.xxii.ait. Multi populi pluri/ Refrago
Sisenna mæ cōcionis/dictaturam oībus animis/& studiis refragauere:idest dictaturæ suffragati sunt. Refragari itē/resistere significat.

Plautus Reddo reddis cū duplicato d/facit in futuro indicatiui modi reddā/& reddibo. Reddo
Plautus in menæchinis. Saluū tibi ita ut mihi dedisti/reddibo.

Repages/& repagulū/in uno significato dici/pōt. Neq; a repando repādis deri Repages
Vgutio uatur/ut sōniauit Vgutio:sed repago/auctore Pompeio/in hæc uerba dicē Repagulū
Pompeius te. Repagula sunt/quæ patefaciendi gratia/ita figūtur/ut econtrario oppa
Ouidius gantur. Hæc & repages dicūtur. Hæc ille. Obices ergo appellari possunt. Ouidius li. metar. v. Raptaq; de dextro robusta repagula posti Ossibus illisit.

Tullius Reuertor reuerteris deponēs est uerbū. Sed & reuerto neutrale usurpatur. Tul Reuertor
lius libro officiorū secūdo. Factus est alter eius sistendi uas:ut si ille nō reuer Reuerto
tisset/moriendum esset ipsi.

Horatius Regno regnas datiuo iungitur:& nōnunq̄ genitiuo:ut est apud Horatiū in ter/ Regno
tio carminū. Et qua paup aquæ Daunus agrestiū regnauit populorum/pro agrestibus populis.

Probus Rates per e scribi/teste Probo/& efferri debet. Cōperitur tñ & ratis per i:& q Rates
Statius dem frequentius/q̄ rates. Vnde Statius libro thæbaidos.xii.ait. decepit falso Ratis
Lucanus ratis Aegea uelo. Lucanus libro quinto. Erigit:atq; omni surgit ratis ardua
Valerius uento. Valerius Flaccus li. primo. Iam placidis ratis extat aquis:quā gurgite ab imo. Nam si rates dixissent/uersus stare non posset.

Reditus pro regressu/cū unico d scribitur:& pro prouentu:cū in utroq; signi/ Reditus
Ouidius ficato primam syl'abā corripiat. Ouidius heroidum. Vela queror reditu/uer
Ouidius ba carere fide. Idē libro secūdo de ponto. At reditus iam quisq; suos amat:&
Ouidius sibi quid sit Vtile/sollicitis supputat articulis. Idem libro de amore. Turpe tori reditu census augere paternos. Dicitur aūt pro prouentu reditus/eo φ
Gasparinus singulis annis redeat. Neq; a reddo reddis descendit/ut Gasparinus tradit.

Diōedes Rideo rides secunda/& rido ridis tertia coniugatiōe declinari pōt/teste Dio Rideo
Brutus mede/Brutū inducēte dicentē de patientia. Irridunt horū lachrymas. Rido

Marcellus Rixor rixaris deponēs est uerbū:quod & rixo ueteres protulere/teste Marcel/ Rixor
Varro lo:qui & Varronem refert dixisse. Vigilant/clamāt/calent/rixant. Rixo

Ruo ruis facit in supino ruitū/& rutū:cū quo composita omnia/præterq̄ diru Ruo
Priscianus tus/ru syllabā corripiūt/teste Prisciano tractatu de participio circa finē/nulla tamen ratione/nullius hàc in parte poetæ auctoritate munito. Cui nos cō tradicētes/ru syllabā/sicut in cæteris/sic & in hoc cōposito dirutus/correptā
Propertius esse/auctoritatibus cōprobamus. Propertius. Castraq; pelusi Romano sur/
Propertius ruta ferro. Idem. Et phœbi/& Priami diruta membra senis. Iuuenalis. Atq;
Iuuenalis uetus Thæbe centū iacet obruta portis. Idem. Vtq; lacus superant/ubi q̄q̄ di
Iuuenalis ruta seruant Ignem Troianū. Virgilius libro æneidos.x. Intulerat torrens/
Virgilius arbustaq; diruta ripis. Idem libro æneidos.xi. Nec mihi cū Teucris ullū post
Virgilius diruta bellū Mœnia. Sylius libro primo. Surgebat cumulo certantū proru/
Sylius tus agger. Lucanus libro tertio. In mediū mors omnis abit:perit obruta uir
Lucanus tus. Ouidius heroidū. Diruta sunt aliis:uni mihi pergama restant. Ruo apud
Ouidius Noniū plura retinet signaficata/hoc nihilominus in loco explicanda. Ruerē
Nonius (inquit Nonius)cadere significat. Virgilius li. æneidos.ii. ruit alto a culmine
Virgilius Troia. Ruere/diuidere. Virgilius libro æneidos primo. spumas salis ære rue
Virgilius bant. Ruere/decipi. Tullius libro officiorū quarto. Si hoc non est turpe pa
Tullius ti ruere/& per fallaciā/uenditorē in maximā fraudem incurrere. Ruere/effū
Virgilius di. Virgilius li. æneidos.vi. Vnde ruunt totidē uoces responsa Sibyllæ. Idem

Virgilius georgicorum tertio.ruit arduus æther.Ruere/sine cautella irruere.Virgilius
Virgilius li.æneidos.x.Quo moriture ruis/maioraq; uiribus audes?Ruere/eruere/le
Virgilius uare.Virgilius libro æneidos.xi.cofusa ruebant Ossa focis.Idem libro ænei/
Virgilius dos secundo.totumq; ascedibus imis.Vna eurusq;/notusq; ruunt.Ruere/diru
Virgilius ere/complanare.Virgilius georgicorū primo.
Quid dicam iacto qui semine cōminus arua Insequitur/cumulosq; ruit male
Terētius pinguis arenæ?Terentius in adelphis. Cito ruerem/agerem/raperē.Ruere/
Virgilius erigere/extollere.Virgilius libro ænidos secundo.& ruit atram
Virgilius Ad cælum picea crassus caligine nubem.Idem in eodem.
Vertitur interea cælum:& ruit oceano nox.

Pompeius Redeo redis/& redino redinis/i uno significato dici pōt auctore Pompeio. Redeo
Priscianus Requies facit in genitiuo reqei/& reqetis/teste Prisciano.Virgilius li.ænei.iiii. Redinó
Virgilius Tempus inane peto:requiem/spaciumq; furori.Cicero indialogo de sene/ Requies
Cicero ctute.Vt meæ senectutis requietem/oblectamentaq; noscatis.

Pompeius Ructo ructas dicendum tradit Pompeius:non ructor deponens.Sed & ructor Ructo
Horatius usurpatur.Vnde Horatius in ate pœtica/ait. Ructor
Donatus Hic dum sublimes uersus ructatur/& errat.

Nonius Reperio reperis facit in futuro indicatiui modi/reperiam/& reperibo/testibus Reperio
Seruius Donato/Nonio/Seruio/Probo.Cæcilius.Mæe morti remedium reperibit
Probus nemo/Plautus in epidico.Igitur aliqua res reperibitur.

Cæcilius Ringo ringis/& ringor deponens/dici potest.Terentius in Phormione. Cum Ringó
Plautus ille & cura/& sumptu absumitur/dum tibi sit quod placet/ille ringitur:tu ri/ Ringor
Terētius des.Est autem ringere/teste Seruio/os extendere/indignari/irasci/murmura Rictus
Seruius re.Ab huius uerbi supino rictu/fit hic rictus huius rictus/& hoc rictum/teste Rictum
Acron Acrone super illud Horatii sermone.x.Ergo non satis est risu diducere rictū.
Lucretius Vnde & Lucretius li.v.inquit.molosum Mollia ricta premunt duros nudan/
Ouidius tia dentes.Ouidius li.metamor.vi.Ipsaq; dilatant patulos conuitia rictus.

Nestotis Dionysii Nouariensis [illegible] feliciter incipit

Asconios SAccus cum gemino c(nam græci σάκκωσ)format per diminu Saccus
Vgutio tionem sacculus/& sacellus/teste Asconio.neq; ab eo quod ē Sacculus
sagum descendit/ut cum Catholico Vgutio somniauit. Sacel/ Saccellus
lum prima correpta syllaba/locus sacer dicit' per diminutionē. Sacellum
Priscianus Sagax tertiæ declinationis triū generū teste Prisciano: & saga Sagax
Statius primæ hoc distant q; sagax p̄mā syllabā corripit.Saga produ/ Sagum
Horatius cit.Statius syluarum li.iii.uigilis te animi/atq; sagacis Exitus euoluit.Horati/ Sagulum
Pompeius us in epistolis.Somnia/terrores magicos/miracula/sagas/scilicet rides.Saga/ Saga
Marcellus mulier dicitur perita sacrorum/ut scribit pompeius.Saga item uocatur fœmi
Martialis na/ad libidinē uirorum indagatrix/teste Marcello.Et producit sa syllabam.
Iuuenalis Martialis.Exorat noctes dum mihi saga tuas.Sagum/uestimentū erat milita
Virgilius re:cuius diminutiuū est sagulū/p̄ma correpta syllaba.Iuuenalis.An saga uæn
denti nubat caupone relicto.Virgi.li.ænei.viii.Virgatis lucēt sagulis.

Iuuenalis Sagina/aruina/uel pingue/fœminini generis/mediam ꝑducit syllabā.Iuuena/ Sagina
Arator lis satyra.iiii.Ista dies properā stomachū laxare saginis. Arator. Saginum
Vgutio Nam quid corporeæ prosunt alimenta saginæ?Quod Vgutio etiā saginū de Saginatus
clinari neutro genere præcipit.Inde saginatus saginata saginatum:cuius qui/ Sagena
Calphurni9 dem secundā syllabā Calphurnius corripuit/quom ait egloga.iiii.Vt quoq; Sagana
Thobias turba bono plaudat saginata magistro.Melius hac in parte protulit Thobias/ Saganus
quom ait.Ventre saginato ueneris suspirat ad usum.Sagena/magna quædā ē
Manilius rætis piscatoria.Marcus Manilius li.quinto.Excipitur uasta circū uallata sage
Horatius na.Sagana/propriū fuit meretricis nomen:cuius meminit Horatius sermone
Ptolemæus viii.dicēs.altrum Saganæ caliēdrū.Sagāus/fluius ē Carmāiæ/teste Ptolemæo.

Priscianus Sal tam masculini/q̄ neutri generis est/teste Prisciano:& si Donatus super Eunu Sal
Donatus chum Terentii dicat/sal neutrale/condimentū esse:salē uero masculini gene Sale
Salustius ris/sapientiā.Salustius.Neq; salem/neq; alia gulæ iritamenta.Horatius. Sales

Horatius Præbuit/& parochi quæ debent lingua/salemqꝫ. Martialis. Ipsa merum secũ Salum
Martialis portat:& ipsa salem. Potest ẽt declinari hoc sale/teste Prisciano/dicẽte Ennio Sala
Priscianus annalium.xiiii. Cæruleum spumat sale conferta rate pulsum Per mare. Scien Salæ
Ennius dum tamẽ/ꝙ quom pro sapientia sal ponitur/masculino tantum genere pro Salo
Cicero ferri cõsueuit. Plurali autem numero sales/sunt ipsa ridicula:quæ necessario Salonæ
Quintiliãus salsa esse oportet/Cicerone/& Quintiliano/auctoribus. Lucanus. Salius
Lucanus Et soliti lusere sales. Salum/mare appellatur/dictum ασαλευεσθαι/quod ẽ
Seruius moueri/siue agitari/auctore Seruio. Neqꝫ ab eo/quod est sal deducitur/ut cũ
Vgutio Catholico somniauit Vgutio. Sal itẽ/pro salo ponitur/hoc est mari. Virgili.
Virgilius Quom raucha assidue longe sale saxa sonabant. Idem æneidos primo.
Virgilius spumas salis ære ruebãt. Sala nomen est sex urbium/ut ex Ptolemæo collige
Ptolemæus re potui:quarum una est Turdubiorum in Hispania/allia Tuditanorũ ẽt in
Hispania:alia in Paunonia:alia ĩ magna Phrygia:alia ĩ maiori Armenia:alia
in Mauritania Tingitana:& eodem nomine fluuius in eadem. Salæ/populi q̃
Ptolemæus dam sunt insulæ Taprobanes/ut idem Ptolemæus ostendit. Salo fluuius est
Martialis Cæltiberiæ/dicente Martiale.
Ptolemæus Ducit ad auriferas ꝙ me Salo Cæltiber oras. Salonæ pluralis tantum nume/
Lucanus ri/urbs ẽ/siue colonia ĩ Dalmatia/teste Ptolemæo:de qua Lucanus li.iiii.
Qua maris Adriaci lõgas ferit unda Salonas. Salius/propriũ fuit uiri nomẽ:
Virgilius qui cũ Niso/& Euryalo/currendi certamẽ iniit:de quo Virgilius quæ muuera
Niso Digna dabis/primã merui qui laude coronã Ni me/quæ Saliũ fortuna
Lucanus inimica tulisset. Salius item/Martis sacerdos uocatur. Lucanus.
Et salius lento portans ancilia collo.
Saluber masculini/ salubris fœminini/salubre neutri generis/& hic & hæc salu/ Saluber
Priscianus bris & hoc salubre/declinari potest/teste Prisciano. Vgutio declinat ẽt hic &
Vgutio hæc saluber.
Sallo sallis cũ gemino l/tertiæ cõiugationis/facit in præterito salli/ĩ supino sal Sallo
Lucillius sum. Lucillius libro.iiii. Sallere murænas/& frigidiaria ferre. Salio salis quar Salio
Diomedes tæ cõiugationis/facit in præterito salui:ĩ supino salitum/testibus Diomede/
Priscianus & Prisciano. Neqꝫ cum gemino l scribitur/ut inerudite scribi præcipit Gaspa/
Gasparinus rinus. Nam p̃mam corripit syllabã:ut est apud Cornelliũ Seuerũ. Distractos/
Seruerus atqꝫ salitos. Horatius in tertio carminũ. Molliuit auersos penates Farre pio/
Horatius & saliente mica. Tibullus. Farre pio placet/& saliente sale. Salio salis in alio si
Tibullus gnificato/etiam cum unico l scribitur:& facit in præterito salui:& saliui/teste
Priscianus Prisciano:in supino saltũ:& secũdũ analogiam salitum.
Salsamentum:& per syncopam salmetum/in uno significato accipi possunt/ Salsamẽtũ
Caper ut Caper testatur/& Donatus. Salmẽtum
Donatus Sopio sopis quarta/& sopo sopis tertia coniugatiõe/declinari potest/teste Di Sopio
Diomedes omede/Cæcilium inducente dicentẽ. Mulierculam ego illam hic despõdebo. Sopo
Cæcilius Ex nato saltẽ obsopam.
Vgutio Solox huius solocis cum unico l/sequẽte o scribitur:nõ aũt solax huius solacis/ Solox
Festus ut somniat Vgutio. Lana crassa dicitur/uel pecus lana contextũ/ut scribit Fe/
Lucillius stus. Lucillius. Pascali pecore/ac montano hirco/atqꝫ soloce.
Sarcio sarcis facit in præterito sarsi/& sarciui/in supino sartũ/& sarcitum. Sarcio
Augustius Sarcophagus cũ c exili/& hoc sarcophagũ/declinari potest. Augustinus libro Sarcopha/
xviii. de ciuitate dei capitulo quinto (sunt aũt Varronis uerba) quia enim (in/ gus
q̃t) arca in qua mortuus ponitur (quod oẽs iam sarcophagum uocãt) σωρος Sarcopha/
græce dicitur. A nostris ꝓ sepulchro usurpatur. gum
Pompeius Sicilia cũ c exili/& i latino ubiqꝫ scribitur:a qua/fit Siculus/& Siciliensis/Põpe/ Sicilia
ius in dictione Corinthienses/Romanenses (inquit) Hispanienses/Siciliẽses Siculus
negociatores dicimus/q ĩ alienis ciuitatibus negociantur. Hæc a græcis Sice/ Siciliensis
Sappho lia cũ e in secũda syllaba scribitur:a qua/fit Sicelis. Sappho ad Phaonem. Sicelia
Virgilius Quid mihi cũ Lesbo? Sicelis esse uolo. Virgilius. Siscelides musæ paulo ma Sicelis
iora canamus. Hæc insula aliis nominibus Triquetra/Trinacria/Sicania ap/ Sicania
Ouidius pellatur:a qua/fit sicanis. Ouidius de ibide. Sicanis
Plurima qua flamas Sicanis Aetna uomit.

Synalœpha cum y græco/& œ diphthongo/dici pōt cōpreſſio.Cæſura eſt/qua Synalœ/
ſcilicet uocalis abiicitur.Cōponitur enim ex σὺν/quod eſt con/& ἀλοιφὴ pſ pha
Vgutio ſio.Neq; a limpha deſcendit/ut cum Catholico Vgutio ſomniauit.
Lucanus Securus ſecura ſecurū dr̄ quaſi ſine cura:& ꝓducit primā ſyllabā.Lucanus. Securus
Seruius plurima ſecuri fudiſtis carmina Bardi.Securis/quaſi ſemicuris dicta eſt/au/ Securis
Vgutio ctore Seruio:quod a ſeco ſecas deductū uocabulū tradit Vgutio.Et corripit
Virgilius primā ſyllabā.Virgilius li.æneidos.xi.et æratam quatiens Tarpeia ſecurim.
Vgutio Senex licet ab Vgutione maſculini tantū eſſe tradatur/cōis tamē generis eſt/te Senex
Caper ſtibus Capro/Probo/Priſciano.Varro de lingua latina.Et tua amica ſenex. Senica
Probus Senex facit i genitiuo ſenis/& ſecundum analogiā ſenicis/teſte Priſciano.Vn Senior
Priſcianus de Plautus i ciſtilaria ait.Datones belliſſimi uos negocioli ſenicis ſoletis eſſe.
Varro Comperitur ēt hic & hæc ſenica/teſte Marcello/Pomponiū inducente dicen
Priſcianus tem in præcone.Sed me exercet ſenica neq;neq; illi quid faciam ſcio.Idem in
Plautus pictoribus.Papus hic medio habitat ſenica.Senex format comparatiuum ſe/
Marcellus nior.Senior(inqd Seruius)& iunior/ſecūdum Varronē per diminutionē cō
Pomponius paratiua ſunt.Eſt enim ſenior non ſatis ſenex:iunior/nō ſatis iuuenis.Hoc aūt
Pomponius dicit Varro in libris ſuis ad Ciceronē.Quam rem a Varrone tractatā(ut idē
Seruius dicit Seruius ſuper librum.vi.æneidos)confirmat ēt Plinius.Idem tradit Do
Varro natus ſup ecyram Terentii/quom ait.Hæc cōparatio minus apoſitiuo ſonat:
Plinius & uim diminutiuā exprimit.Horum opinionē Laurētius in elegantiis/& i or
Donatus thographiæ cōmentariis Tortellius/pulchris rationibus īprobant.Vn̄ Quin
Laurentius tilianus de Socrate loquēs/ait. Eo nanq̄ ſeniore(octauum enim/& nonageſi
Tortellius mum cōpleuit annum)præcipere Ariſtoteles pomeridianis ſcolis cœpit:ubi
Quintiliāus ſeniore pro ualde ſene dictum eſt:non pro nō ſatis ſene.Ouidius li.triſtium.
Ouidius Soſpite ſic te/ſit natus quoq; ſoſpes/& olim Imperium regat hoc cum ſeniore
Martialis ſenex:pro ualde ſene/ſeniore hic poſitū eſt.Martialis.Cui pater æternas poſt
Ouidius ſæcula tradet habenas:Quiq; regas orbem cū ſeniore ſenex.Ouidius li.meta
morpho.xii.Tum ſenior:quis obſtet mihi longa uetuſtas.Et ſubdit.uixi An/
Quintiliāus nos bis centū.Verū(ut dicit Quintilianus)comparatiuis nonnonq̄ pro poſi/
Donatus tiuis abſolute utimur.At uero Donatus i ultima grammatices editione ſic ait.
Sæpe compatiuꝰ gradus pro poſitiuo poſitus/minus apoſitiuo ſignificat/q̄/
Priſcianus uis recipiat cōparationem/& nulli comparetur:cuius opinionem ēt Priſciāus
Virgilius ſecutus eſt.Verū(ut mea fert opinio)& ſatis ſenē(ut auctoritate Ouidii/Quin
tiliani/Martialis/probatum eſt)& non ſatis ſenē/ſenior ſignificare habet:ut ē
apud Virgiliū.Iam ſenior/ſed cruda deo/uiridiſq; ſenectus.Quod nihilomi/
Probus nus(ut diximus)Probi tradidere auctores/Varro/Plinius/Donatus/Seruius/
Priſcianus Priſcianus.Eſt aūt ſenior maſculini tm̄ generis/teſtibus Probo/& Priſciano.
Ambroſius Alii cōis eſſe uolunt:quod placet.Vnde diuus Ambroſius i homilia ſextæ fe/
riæ quattuor temporum de aduētu/ait.Et ideo cum angelus abſcondita nun
ciaret/ut fides aſtrueretur exemplo/ſenioris fœminæ/ſterilíſq; conceptum/ Senitudo
Virgini Mariæ nuntiauit. Senilitas
Senitudo/ſenilitas/ſenectus/ſenecta/ſenium/in uno ſignificato accipi poſſunt. Senectus
Pſalmogra Senium tamen/pluſq̄ ſenecta eſt:ut eſt apud pſalmographum.Et uſq; in ſene Senecta
phus ctam/& ſenium/deus ne derelinquas me. Senium
Priſciāus Seneo ſenes/& ſeneſco(utrunq; enim cōperitur)facit in præterito ſenui/& ſene Seneo
Accius ctus ſum/teſte Priſciano.Accius in Thelepho.Iam iā ſtupido Theſſala ſōno. Seneſco
Ouidius Pecora languentq;/ſenentq;.Ouidius libro metamor.viii.
Saluſtius Conſenuere caſa/paupertatéq; ferendo.Saluſtius li.hiſtoriarū quarto.Oēs
Catullus quibus ſenecto corpore animus militaris inerat:Catullus.Sed hæc fuere nūc
recondita ſenectis.
Sentis/& ſentrix(hoc eſt ſpina)utrunq; uſurpatur. Sentes maſculini generis ꝓ Sentis
ferimus teſte Priſciano:dicente ēt Virgilio li.viiii. Sentrix
Horida quam denſi cōplerant undiq; ſentes.
Senſus maſculino/& ſenſa neutro genere dixerunt antiqui/quæ ſcilicet animo Senſus
Quintiliāus concipimus/auctore Quintiliano.Marcellus aūt/inter ſenſus/& ſenſa/hoc ēē Senſa
Marcellus differentiæ dixit:q; ſilicet ſenſus ſint/qui ſentiunt:ſenſa uero quæ ſentiuntur.

Cicero Cicero de oratore. Et quod exprimere dicendo ſenſa poſſumus.
Senſibile/& ſenſile/idem ſignificatum detinẽt: niſi ꝙ ſenſibile/nõ tm̃ quod ſen Senſibile
Lucretius tit/ſed ẽt quod ſentitur/ſignificare habet. Lucretius libro ſecundo. Senſile
Ex inſenſibili non credas ſenſile gigni.
Marcellus Senſibilitas/& ſententia/in uno ſignificato dici poteſt/teſte Marcello. Vnde Lu Senſibilitas
Lucillius cillius libro. v. ait. Si tam corpus loco ualidum/ac regione maneret Sententia
Scriptores/q̃ uera manet ſententia cordi: hoc eſt ſenſibilitas.
Seruius Spinus pro fructeti arbuſcula/maſculini generis eſt/teſte Seruio ſuper librum Spinus
Vgutio quartũ georgicorũ: etſi Vgutio fœminini dicat eſſe generis. Virgilius li. præ/ Spina
Virgilius ſato & ſpinos iam pruna ferentis. Hæc ſpina/ſentis dicitur.
Virgilius Serpillus cum i latino/& duplicato l/& hoc ſerpillum/declinari põt. Virgilius Serpillus
quarto georgi. Serpilla/& grauiter ſpirãtis copia tymbræ. Genus eſt hærbæ. Serpillum
Serenitas/& ſerenitudo/in uno ſignificato dici poteſt. Serenitas
Seruius Sementis/teſte Seruio/ſatio dicitur. Feſtus. Noualis/ager eſt/nouæ relictus ſemẽ Serenitudo
Feſtus ti. At uero Hieronymus pro ſemine ſementẽ uſurpauit/quom dixit in geneſi. Sementis
Hierõymus Et habẽs unũquodꝗ ſementem iuxta genus ſuum. Semen
Priſcianus Semen/& ſeminiũ/in una ſignficatione accipi poſſunt/teſte Priſciano li. v. quod Satio
Lucretius qdem & pro ſeminis lucro ponit. Lucretius li. tertio. Si non certa ſuo quia ſe/ Semen
Plautus mine/ſeminioꝗ. Plautus in rudente. Veni/datur merces nõ hoc ſuo ſeminio. Seminium
Virgilius Satus huius ſatus/& hoc ſatũ/& hæc ſatio/idẽ ſignificatũ habẽt. Virgilius geor Satus
gicorũ p̄mo. Arboribuſꝗ ſatiſꝗ notus pecoriꝗ ſiniſter. Satus itẽ/pro ſemi Satum
Marcellus ne ponitur/teſte Marcello/Accium inducente dicentẽ inpelopodis. Nam me Satio
Accius ut credam ex tuo eſſe cõceptũ ſatu/& argumẽta redigũt animũ/& cõmouẽt.
Marcellus Sæuicia cum æ diphthongo/ſæuicies/ſæuitudo/in uno ſignificato dici poteſt/ Sæuicia
Plautus teſte Marcello. Plautus in baccidibus. Sæuitudo mala/fit peior. Sæuicies
Vgutio Soror/nõ ab eo quod eſt ſemen/uel ſolus ſola ſolum/deducitur/ut Vgutio uo/ Sæuitudo
Labeo luit: ſed (ut ait Antiſtius Labeo) ſoror dicta eſt/ꝙ quaſi ſeorſum naſcit/ſepara Soror
Marcellus turꝗ a domo/in qua nata eſt: quod ẽt Marcellus annotauit. Sororius/frater/
filius/maritus ſororis appellatur.
Martialis Simila/& ſimilago/in una ſignificatione accipi poſſunt. Martialis. Nec poteris Simila
Hierõymus ſimilæ dotes numerare: nec uſus. Hieronymus ĩ eccleſiaſtico. xxxviii. capitulo. Semilago
Da ſuauitatem/& ſimilaginis memoriã: impingua oblationem.
Priſcianus Sancio ſancis facit in præterito ſanxi/& ſanciui: in ſupino ſanctum/& ſancitum/ Sancio
teſte Priſciano.
Serra cum duplicato r ſcribitur/qua ligna ſecantur. In alio autem ſignificato Serra
Ptolemæus ſera pro clauſura/cum unico r ſcibitur. Sera item cum unico r/urbs eſt Aſiæ Sera
Solinus Scythicæ Serum metropolis/teſte Ptolemæo. Seres enim/populi ſunt ĩ Aſia Seres
Plinius Scythica/teſtibus Solino/& Plinio li. vi. naturalis hiſtoræ: de qbus Virgilius Serus
Virgilius georgicorum primo. Serum
Seruius Velleraꝗ ut foliis depectunt tenuuia Seres. Serus ſera ſerum/tardum ſiue (ut Sero
Virgilius Seruio placet) graue/ac magnum ſignificat. Virgilius li. æneidos. v. Seraꝗ ter Serius
Liuius rifici cecinerunt oĩa uates: ideſt grauia. Serũ/ ſubſtantiuũ ẽ. Vnde Liuius/erat Serium
Accius (inqt) iam diei ſerum. Inde ſero aduerbium/ſiue ablatiuus caſus ꝓ aduerbio. Series
Quintiliãus Hinc fit cõparatiue ſerior/& ſerius. Vnde Accius/Feſto referẽte/ait. Ne ſi for Seria
te paulo q̃ tu ueniam ſerius. Quintilianus. Tu tamen ſi interpellatus tempe/ Seriola
ſtatibus ſerius ueniſſes/excuſares mare/& ambiguos caſus. Serum aũt in alio Serius
Virgilius ſignificato/p̄mam ſyllabã corripit. Virgilius georgicoꝝ. iiii. acremꝗ moloſ/
Plautus ſum Paſce ſero pingui. Serium graue dicitur/uel neceſſariũ. Plautus in Am/
Horatius phitryone. Nũc qdem præter nos nemo eſt. Dic mihi uerum ſerio. Horatius
Martialis ſermone primo. Sed tamẽ amoto quæramus ſeria ludo. Martialis.
Parce precor ſocero: ſeria forſan amat: ideſt grauia. Series/quædã rerum eſt
Statius cõtinuata progreſſio. Statius. Longa retro ſeries. Virgilius. ductæꝗ ab origi
Virgilius ne gentis Fortia facta patrum/ſeries longiſſima rerũ. Serus/fluuius eſt Indiæ/
Ptolemæus teſte Ptolemæo. Seria/olla uocatur. Terentius in eunucho. Releui oĩa dolia
Terentius mea: & oẽs ſerias. Et format diminutiue ſeriola/penultima correpta ſyllaba.
Perſius Perſius. Seriolæ ueterem metuens deradere limum. Seria item/urbs eſt Tu/

Ptolemæus ditanorum in Hispania/teste Ptolemæo. Serius fluuius est Galliæ cisalpinæ/
in Aduam fluens. Hæ aũt dictiões oẽs cum unico r scribũtur/præter p̃mam.
Serio seris tertiæ coniugationis facit in præterito serui/& seui: in supino ser/ Sero
Priscianus tum/& satum/teste Prisciano: & primam corripit syllabam. Virgilius. Semi/ Serro
Virgilius na uidi equidem multos medicare serentes. Sero seras primæ cõiugationis/
Propertius unde resero/obsero/primam etiá syllabá corripit. Propertius. Obserat hær/
bosos liuida porta rogos. Serro aũt pro seco/cum duplicato r scribit: & pri/
Sylius mam positione producit. Sylius libro. vi.
Auro serrauit ramos Iunonius anguis.
Seruius Solum/nõ tm̃ terra/sed quod unicuiq; rei subiacet/appellari potest/teste Ser/ Solum
uio. Ná aqua/solum nauiũ/uel pisciũ/aer/solum: auiũ/cælũ/solũ stellarũ est. Sola
Ouidius Et corripit primá syllabam. Ouidius libro metamorpho. primo. Astra tenẽt Solea
Virgilius cæleste solum. Virgilius. Et uiridi sedere solo. Solum item/pedum ẽ. Ambro/ Sol
Ambrosius sius in sermone martyrum. Nota facta/solo attrita est plurimorum. Solum/& Soles
Festus sedile uocatur/teste Festo. Sola/Cypri urbs fuit/teste Ptolemæo. Solea/aucto Solus
Ptolemæus re Festo/genus est piscis/uel materia rubustea/super quam craticius paries ex Soli
Festus truitur/uel ea quæ solo pedis subiicitur. Et primam corripit syllabam. Iuuena
Iuuenalis lis satyra sexta. Et solea pulsare nates. Sol huius solis/notum est quid signifi/
Diodorus cat. Dictus est aũt sol/ab Hyperionis filio sic uocato/teste Diodoro: non au
Seruius tem a solus sola solum/ut Catholicon somniauit. Plurali autẽ numero soles/
Virgilius dies accipimus/teste Seruio. Virgilius li. tertio æneidos.
Persius Tris adeo incertos cæca caligine soles
Erramus pelago. Persius satyra sexta. Tecum etenim longos memini consu/
mere soles: hoc est longos dies. Soles item/splendores solis/uel radii dicunt:
Martialis ut est apud Martialem. Hibernis obiecta locis specularia puros.
Admittunt soles: & sine fæce dies. Rursum soles/æstus solis/uel ardores uo/
Horatius cantur. Horatius in epistolis. Corporis exigui/præcanum/solibus aptum. So
lus sola solum/genitiuo solius/uel soli solæ soli/datiuo soli/uel solo solæ
Priscianus solo/declinari potest/teste Prisciano. Terentius in eunucho. Mihi solæ ri/
Terẽtius diculo fuit. Vbi Donatus/solæ (inquit) regulariter dicitur: soli non recte. Soli
Donatus pluralis tantum numeri/urbs est Ciliciæ.
Marcelus Soleo soles facit in præterito solui/& solitus sum/testibus Marcello/& Priscia/ Soleo
Priscianus no. Varro tamen libro secundo de analogia/solui dicendum tradit: non soli/
Varro tus sum. Vtrunq; tamẽ compitur. Virgilius li. æneidos. vii. Teutonico ritu so
Virgilius liti intorquere cateias. Salustius libro historiarum. ii.
Salustius Neq; subsidiis uti soluerat compositis.
Plinius Susa neutri generis/plurali tantũ numero profertur: ut apud Plinium est. Sed Susia
Hieroymus & Susa huius suæ lectum ẽ apud Hieronymũ in libro Hester capitulo secũdo: Susa
ubi ait. Et cum regis percrebruisset iperium/& iuxta mandatum illius/multæ Susus
uirgines pulchræ adducerentur Susam/& Agæo traderẽtur eunucho/Hester
inter cæteras quoq; puellas tradita est: ut seruaretur in numero fœminarum.
Strabo Opidum est Persidis nobilissimũ/scilicet in Susia: quæ teste Strabone li. xv. fe
Ptolemæus re Persiæ pars est inter eam/& Babiloniam posita: quod Ptolemæus dicit ẽẽ
Solinus mediteraneum in Assyria: in quo (ut scribit Solinus) templum fuit Susæ Dia/
Ptolemæus næ. Susus/fluuius est/teste Ptolemæo: a quo Susa denominata ferũtur: & a Ti
thono condita.
Syngraphus cum y græco masculini generis/& syngrapha fœminini/& syngra Syngraphus
Plautus phum neutri/declinari potest. Plautus in asinaria. Agedum istum ostẽde quẽ Syngrapga
Plautus cõscripsi syngraphum. Idem in eadẽ. Postremo ut uoles syngrapha facito. Su Syngraphũ
Suetonius etõius libro p̃mo. Nõ dubitauit a quibusdá iusiurandũ/atq; ẽt syngrapha exi
Cicero gere. Cicero pro Muræna. Pergitisne uos tanq̃ ex syngrapha agere cum po/
Seruius pulo? Seruius. Syngrapha/est cautio p cõtrahentium scripturam facta.
Gasparinus Supparus cum gemino p scribitur: etsi a Gasparino/cum unico p scribi præci/ Supparus
Priscianus piatur. Et masculini generis est/teste Prisciano: quod & hoc supparum decli/ Supparum
Marcellus nari potest. Dictum est supparũ/q; subtus appeat/auctore Marcello/in hæc Supparium
uerba dicente. Supparũ/est lineũ femorale/usq; ad talos pendens/dictum/q;

subtus appẽat:non aũt ꝙ supra/ut Vgũtio uoluit.Festus. Supparũ/uestimen
Vgutio tum puellare lineum est:quod ẽt subuccula/idest camisia dicitur. Aphranius.
Festus Puella non sum/subpparo si induta sum. Lucanus.Supp ara nudatos stringũt
Aphranius angusta lacertos. Ab eo ꝙ est supparũ/deriuatur suppariũ:quod tenuissimũ
Lucanus erat uelum ad scænas uelandas.Cicero de prouinciis consularibus.Itaq; ut il/
Vnus una unum/gẽitiuo unius/uel uni unæ uni/datiuo ũni/uel uno unæ uno/ Vnus
Priscĩaus teste Prisciano/declinari potest/Cicero. hoc iudicii si expectatur/ut non unæ
Cicero rei statui/sed omnibus constitui putetur.
Vllus ulla ullũ/genitiuo ullius/uel ulli ullæ ulli/datiuo ulli/uel ullo ullæ ullo/ Vllus
Priscĩaus declinari põt/teste Prisciano. Plautus in truculento. Quasi uero corporis reli
Plautus queris potestatem coloris ulli capiendi.
Vter utra utrũ/gẽitiuo utrius/uel utri utræ utri/datiuo utri/uel utro utræ utro/ Vter
declinari potest: sicut neuter/genitiuo neutrius/uel neutri. Hic uter huius utris/ Vterus
Marcellus genus ẽ uasis. Vterus/& uter huius uteri/declinari potest/teste Marcello/Cæ
Cæcilius ciliũ referente dicentem in umbris. Nunc uter crescit: non põt celari. Proprie
ueterus mulierum est.
Priscianus Vngo ungis/& ungo unguis/teste Prisciano/efferi potest. Et facit in præterito Vngo

Papirianus	unxi/& ungui/testibus Papiriano/Niso/Probo. Inde uenit unguẽ/& unguẽ	Vnguo
Nisus	tum. Virgilius li. æneidos. iii. & pinguis unguine cæras.	Vnguen
Probus	Vultur huius uulturis/& uulturi/& uulturius/in recto declinari põt. Ennius.	Vnguẽtum
Virgilius	Vulturis in siluis miserum mandebat homonem. Pompeius. Alites uolatu	Vultur
Ennius	auspicia facientes/istæ putabantur/buteo/aquila/uulturius. Plautus in trucu	Vulturis
Pompeius	lento. Iam quasi uulturii triduo prius prædiuinãt/quo die esuri sient. Vultur	Vulturius
Plautus	item/teste Acrone/mõs est Apuliæ/dicente Horatio in tertio carminum.	Vulturnus
Acron	Me fabulosæ uulture in Apulo. Vulturnus uentus quidam est: & fluuius Cã/	Vulturnum
Horatius	paniæ: quod & hoc uulturnũ declinari potest testibus Capro/& Probo. Sy/	
Caper	lius libro. viii. fluctuq; sonorum Vulturnum. Vulturnũ item/opidum est Cã/	
Probus	panorum/teste Ptolemæo.	
Sylius	Velum cũ unico l/format diminutiue uexillũ/auctore Pompeio. Vgutio autẽ	Velum
Pompeius	dicit ꝙ facit per diminutionem uelulum.	Vexillum
Vgutio	Volo uolas prima/& uolo uolis tertia cõiugatione declnari potest/teste Pom	Velulum
Pompeius	peio in dictione auolũt. In alio aũt significato/uolo uis uult dicimus.	Volo
Priscianus	Vomer/& uomis/in recto declinari potest/teste Prisciano: & masculini generis	Vomer
Lucanus	est. Lucanus libro. vi. Pinguis Bebrycio discessit uomere sulcus.	Vomis
Seruius	Vrbs/teste Seruio/ab orbe dicta est: quia antiquæ ciuitates i orbes fiebant. Hoc	Vrbs
Vgutio	urbũ/curuatura aratri dicitur: quod ab Vgutione masculio genere hic urbs	Vrbum
Varro	declinari præcipitur: a quo (ut Varroni placet) urbs dicta est: quia urbum in	Vrbo
	condenda urbe adhiberi soleret. Inde fit urbo urbas uerbum: quod significat	
Pompeius	aratro diffinire/auctore pompeio.	
	Vallus cum duplicato l/& uannus cum geminato n/i uno significato dici põt/	Vallus
Seruius	teste Seruio: & fœminini generis est/dicẽte Virgilio. & mystica uãnus Iacchi.	Vannus
Virgilius	Inde fit uãno uerbũ. Varro de re rustica. Vt quod leuissimum est i eo/atq; ap	Vãno
Varro	pellatur acus/& pallea/uannatur foras extra aream: idest uentiletur. Ventu/	Ventilo
Martialis	lo aũt/cum ti syllabam corripiat/cũ unico l scribitur. Martialis.	Vaneo
Sylius	Currit/& in toto uentilat aura boue. Sylius libro. xiiii.	Vallus
Propertius	Hic miser igniferam dum uentilat aere pinum. Propertius.	Vallum
Iuuenalis	Hãc uenus ut uiuat/uentilat ipsa facem. Iuuenalis satyra prima.	Valles
	Ventilat æstiuum digitis sudantibus aurũ. Vaneo uanes secundæ coniugatio	Vallecula
Virgilius	nis/facit in præterito uanui. Virgilius libro æneidos tertio.	Vallis
	Et procul in tenuem ex oculis euanuit auram. Hic uallus/& hoc uallũ cum ge	Vallicula
Seruius	mino l/hoc modo distinguntur/auctore Seruio super librũ nonũ æneidos:	Valla
	ꝙ uallum dicitur ipsa munitio: ualli uero/fustes quibus uallum munitur: ut	Vallæ
Virgilius	est apud Virgilium georgicorum. ii. & acuto robore uallos. Ponitur & non	
Virgilius	nunq̃ tñ uallus pro munitione. Vnde Virgilius georgicon p̃mo inquit.	
Seruius	Exacuũt alii uallos. Quod enarrans Seruius ait. Exacuũt/idest repurgant: ual	
Seruius	los: idest fossas/& muros de terra factos. Hæc ualles cum e efferri debet/teste	
Virgilius	Seruio sup librũ. xi. æneidos/dicente Virgilio libro præfato.	
Seruius	Est curuo an fractu ualles accomoda fraudi. & teste eodem Seruio/format di	
	minutiue uallecula. Sed & uallis cũ i enunciari potest: cuius diminutiuũ erit	
Ouidius	uanicula. Ouidius libro metamorphoseos. viii. Cõcaua uallis erat: quo se de/	
	mittere riui Assuerant pluuialis aquæ. Nam si dixisset ualles/uersus stare nõ	
Statius	posset. Hinc Statius ait. Vallis in amplexu nemorũ sedet. Pompeius. Cõuallis	
Pompeius	est planicies/ex omni pte cõprehẽsa mõtibus/collibusue. Vallis duobus late	
	ribus iclusa planicies. Vallis diminutiuũ uallicula facit. Hæc ille. Valla/nomẽ	
Ptolemæus	est duarũ urbiũ/teste Ptolemæo: quarũ una est in Thracia: alia in Mauritania	
Ptolemæus	Tingintana. Vallæ/urbs ẽ Pieriæ i Macedonia/ut idẽ Ptolemæus ostendit.	
	Vrsus triplex habet diminutiuum/ursulus/ursellus/ursiculus: & habet fœmini	Vrsus
Probus	num ursa: quod in datiuo plurali/& ablatiuo/facit ursabus/ut tradit Probus:	Vrsulus
Beda	quod tamen Beda super Donati artem improbat/tam pro fœmina/q̃ pro	Vrsellus
Seruius	mare/ursis dici præcipiens.	Vrsiculus
Charisius	Verro uerris cum gemino r/facit in præterito uersi/teste Seruio super librum	Vrsa
Lycinius	primum æneidos: quin etiam uerri/teste Charisio. Vnde Lycinius Macer	Verro
Priscianus	pro Tuscis ait. Hisce etiam relliquias auerrerunt. Et format in supino uer/	Vergo

Virgilius	sum teste Prisciano/dicente Virgilio. uersa puluis inscribitur hasta: idest tra	Verto
Seruius	cta/ut exponit Seruius. Nam sicut mundare/ ita & trahere/uerro significat/	Verrunco
Marcellus	teste Marcello. Vnde Virgilius libro æneidos primo ait.	
Virgilius	Quippe ferant rapidi secum/uerrantq; per auras: idest trahant. Vergo uer	
Priscianus	gis facit in præterito uersi: in supino uersum/teste Prisciano. Diomedes aūt	
Diomedes	dicit ꝙ format præteritum uerxi cum x. Verto uertis facit in præterito uerti:	
Priscianus	in supino uersum/teste Prisciano: non aūt uersi/ut somniando tradidit Vgu	
Vgutio	tio. Verrunco uerruncas cum duplicato r/pro uerto ponitur/auctoribus	
Marcellus	Marcello/& Pompeio.	
Pōpeius	Veneror uenerariscommune uerbū/ex uenia/& orando componitur/teste Pom	Veneror
Pompeius	peio: quod per somnia a Venere tractū/cū Catholico tradit Vgutio.	
Vgutio	Villus cum duplicato l/pilus dicitur. Martialis. Calfaciunt uilli pallia uestra mei.	Villus
Martialis	Villa cum gemino l/ab omnibus scribi consueuit. etsi ab eo quod est uilis ui	Villa
	le/quod cum unico l scribitur/deriuetur. Notum est uocabulum: quo nomi	Villum
	ne locus quidam a latere occidentali Cretæ uocatur/teste Ptolemæo. Villū	
Ptolemæus	etiam cum geminato l/diminutiuum est a uino.	Vanitas
Marcellus	Vanitas/& uanitudo/in uno significato dici potest/auctore Marcello.	Vanitudo
Statius	Vesper pro stella masculini generis est. Statius libro thæbaidos decimo. sed ue	Vesper
	sper opacus Lunares iam ducit equos. Sed & fœminino genere ueteres pro/	Vesperugo
Caper	tulerunt/ut Caper testatur/& Probus. Hæc & uesperugo uocatur. Plautus.	Vesperus
Probus	Nec uesperugo/nec uirgiliæ occidunt. Dicitur nonnunq̄ & uesperus/siue he	Hesperus
Plautus	sperus: ut est apud Virgilium in fine buccolicorum. Ite domum saturæ (ue	Vesper
Virgilius	nit hesperus) ite capellæ. Hoc uesper/hoc uesperum/hæc uespera/ab auctori	Vesperum
	bus usurpantur. Hi uesperi/& hæ uesperæ/licet a nonnullis hoc modo disti	Vespera
	guantur/ꝙ uesperi/officium ipsum sit/uesperæ autem/hora/qua officium	Vesperi
	ipsum decantantur/ab auctoribus tamen confunduntur. Vesperna/cœna uo	Vesperæ
Pompeius	catur. Pompeius. Cœna apud ātiquos dicebatur/quod nunc est prandium:	Vesperna
	uesperna autem/quam nunc cœnam appellamus. Vespa/paruum est uola/	Vespa
Pompeius	tile/api simile. Vespa item/& uespillo/auctore Pompeio/is dicitur/qui fu	Vespillo
	nerandis corporibus officium gerit. Ait enim. Vespæ/& uespillones dicun	Vespula
	tur/qui funerandis corporibus officium gerunt/non a minutis illis uolucri/	Hespertilio
	bus: sed quia uespertino tempore eos efferunt/qui funebri pompa duci pro	
	pter inopiam nequeunt. Hi etiam uespulæ uocantur. Hæc ille. Neq; a ueho	
	uehis/uel a ueste/& ui/& spolio/descendit/ut cum Catholico somniabun/	
Vgutio	dus tradit Vgutio. Martialis. Qui fuerat medicus/nunc est uespillo Diaulus	
Martialis	Vespertilio masculini generis est. Varro in Agathone. Vespertilio factus sū:	
Varro	neq; in muribus plane/neq; in uolucribus sum.	
Cato	Vls pro ultra referente Festo Cato posuit: sicut cis dicitur/& citra. Vltro signifi	Vls
Virgilius	cat sponte. Vltro insuper/Virgilius libro æneidos nono.	Vltra
Seruius	Viderit irrumpentem/ultroq; icluserit urbi: idest insuper/ut expōit Seruius.	Vltro
Nonius	Varietas/& uariantia/in uno significato accipi possunt/teste Nonio. Lucretius	Varietas
Lucretius	libro tertio.	Variantia
	Principiis/unde hæc oritur uariantia rerum.	Vehiculum
Nonius	Vehiculum/& uectabulum/in una significatione accipi possunt/teste Nonio	Vectabulū
	in dictione iumentum. Hæc ueha a ueho uehis/etiam genus uehiculi est.	Veha
Festus	Hæc ueia cum i in medio duarum uocalium/apud Oscos etiam plaustrum	Veia
	uocabatur/teste Festo: unde (ut ait) ueiatura uectura appellatur.	Vastitas
Nonius	Vastitas/uastitudo/uesticies/in uno significato/teste Nonio/dicitur horror/de	Vastitudo
Plautus	sertio/contagium. Plautus in pseudulo. Distractio/distidium/uasticies ue/	Vasticies
Accius	nit. Accius in Meleagro. Quæ uastitudo hæc/aut unde inuasit mihi?	Vastatio
Nonius	Vanitas item pro uastatione ponitur/teste eodem Nonio. Vnde Accius in	
Accius	Astyanacte ait. Propterea tot tantasq; habemus uastitates phunerum.	
	Victus huius uictus/uel uicti/uel more antiquo uictuis/declinari potest. Plau/	Victus
Plautus	tus in captiuis. Victi quottidiani utrum ad me afferas. Varro libro de uita pa	
Varro	patrū quarto. Primū de re familiari/secūdo de uictuis consuetudine.	
Vgutio	Vrina non uenit ab uro uris/ut Vgutio/& Catholicon/tradidere: sed græcum	Vrina

uocabulum eſt/ab ὀύρῶ quod eſt meio deductũ. Vnde ὄύροσ græce urina/ Vrino
latine lotium dicitur/a ſupino lotum/lo ſyllaba tamen præter naturam pri/ Vrinor
mitiui correpta. Neq; ſolum pro ea aqua/quæ quottidie eiicitur/urina acci/ Vrna
Plinius pit:ſed & ꝓ gẽitali ſpmate. Plinius li.viii.naturalis hiſtoriæ. Incõtinẽs aſinæ Vrus
Iuuenalis uterus urinã genitalẽ reddit/ni cogatur in curſũ uerberibus a coitu. Iuuenalis.
Auribus/atq; oculis/cõcepta urina mouetur. Inde urino urinas/ & urinor.
Varro Varro de lingua latina. Vrnæ dictæ/ꝙ urinãtur in aqua haurienda: Vrinarĩ
Cicero enĩ(ut pergit)eſt mergi in aquã. Cicero Acadæmicoꝝ li.ii. Si qñ enim uos de
Vgutio merſimus/ut qui urinãtur. Ex quo cõſtat/ꝙ urna nõ uenit ab urgeo/ut cum
Vgutio Catholico ſomniauit Vgutio:ſed ab urino/ut auctor eſt Varro. Vrus nõ ue/
nit ab uro uris/ut cũ Catholico Vgutio ſomniauit:ſed ἀπό τῶν ὀρῶν:ideſt a
Seruius montibus/teſte Seruio ſuper ſecundũ georgicoꝝ. Sunt aũt uiri agreſtes bo/
Virgilius ues/qui in Pyrenæo mõte naſcuntur/inter Gallias/& Hiſpanias poſito:de q/
bus Virgilius libro præfato. Silueſtres uiri aſſidue. Macrobius uero in ſatur/
Macrobius nalibus dicit uros boues Gallicã eſſe uocẽ/qua feri boues ſignificantur.

Vlyſſes cũ unico l/& y græco/& geminato ſ ſcribit: qđ Græci ὁ δυσσευσ dicũt Vlyſſes
Sed noſtri d in l mutauere. Sũt tñ qui cũ x Vlyſſes ſcriptitant:quod & fortaſ Vlyxes
ſis fieri põt. Nam x ex Græcis accepimus:etſi Catholicõ in dictione Chriſtus/
dicat inuentũ fuiſſe Chriſti dei & hoĩs tẽporibus:ut ſcilicet crucis ipſius paſ/
ſionẽ prænotaret. O ridiculũ hominẽ. Quod enim tu χ putas noſtrũ/nõ eſt
x:ſed chi littera/quã Græci uocant:cuius loco/nos ch aſpirato utimur. x ergo
littera duplex eſt:pro qua modo cs/modo gs/modo geminato ſſ(ut ſcripſit
Plinius Plinius)primitus utebantur:ut apecs apex:grecs grex:ſimili modo(ut illi uo
lũt) Vlyſſes Vlyxes. Nã qđ apud Dores δισσα quod eſt bina/cũ gemino σσ
Homerus ſcribit/ſæpe διξα ab Hõero cũ ξ põit. Facit ãt Vlyſſes ĩ Vgtõ lyſſis/uł Vlyſſi:
Virgilius ſicut Achilles huius Achillis uel Achilli. Virgilius libro æneĩ.ſecũdo. Et terrã
altricẽ ſæui execramur Vlyſſi. Et facit in uocatiuo Vlyſſes/& Vlyſſe. Ouidius
Ouidius in primo libri heroidũ carmine. Hanc tua Penelope lento tibi mittit Vlyſſe.
Priſcianus Declinatur nõnunq̃ & Vlyſſeus ĩ recto/teſte Priſcião:ſicut Achilles/& Achil
Horatius leus. Horatius in primo carminũ. Nec curſus duplices per mare Vlyſſei. Neq;
ex holon/& xenos/Vlyſſes cõponitur/ut cũ Catholico ridiculus ſomniauit
Vgutio Vgutio:ſed dicit ab οδύσσομαι/qđ eſt iraſcor. Nã iraſcibilis fuiſſe pibetur.

Vnicornis maſculini generis/& hoc unicorniũ/declinari põt. Aĩal eſt/unicum Vnicornis
in fronte cornu gerens/alias monoceros appellatus. Vnicorniũ

Virgilius Vulgus neutri generis eſt/dicente Virgilio georgicorũ tertio. Dira per incautũ Vulgus
Virgilius ſerpãt cõtagia uulgus. Et æneidos duodecimo. & uulgus inermũ/ Inualidiq; Vulga
Donatus ſenes/turres/ac tecta domorũ Obſedere. Poteſt etiã declinari hic uulgus/te
Probus ſtibus Donato/Probo/Priſcião/Seruio ſuper librũ primũ/& ſecundũ æneĩ.
Priſcianus Cicero. Saturnũ maxime colũt uulgi. Hierõymus in Iob cap.xxiiii. Vim fece
Seruius rũt/deprædantes pupillos:& uulgũ pauperẽ ſpoliauerũt. At uero Sergius in
Cicero Donatũ/neutri/& fœminini generis eſſe uulgus tradidit:non aũt maſculini:
Hierõymus dixitq; Virgiliũ ſic protuliſſe.in.ii.æneĩ. In uulgũ ambiguã. Vnde & Donatũ
Sergius ipſum carpſit/ꝙ ſcilicet hac in parte nõ recte ſenſerit. Quod tñ Seruius ſic le
Virgilius git. ſpargere uoces In uulgũ ambiguas. Exempla ergo/quæ ſupra attulimus
Hierõymi/& Ciceronis/tam Sergii opinioni(ſi tñ uera eſt)q̃ Donati/Probi:
Priſcianus Priſciani/Seruii/conferre põt. Veteres etiã/teſte Priſciano/hic uulgus huius
Nonius uulgus quarta declinatione declinabãt. Hæc uulga/capacitas dicitur/uel ſi/
Lucillius nus cũ laxitate/ut ſcribit Nonius. Lucillius li.ii.in uulgã penetrare piloſam.

Priſcianus Vocifero uociferas/& uociferor deponẽs uſurpat:qđ tñ Priſciãus tradit ẽẽ cõe. Vocifero

Veto uetas facit in præterito uetaui:in ſupino uetatũ. Vnde in apoſtolicis actio Vociferor
nibus legitur cap.xvi. Tranſeuntes aũt Phrygiã/& Galatiæ regionẽ/uetati Veto
ſunt a ſpiritu ſancto loqui uerbũ dei/in Aſia. Antiqui etiã ueto uetis tertia te
Priſcianus ſte Priſciano cõiugatione declinabãt:cuius præterito uetui/ſupino uetitum/
Priſcianus nunc utimur.

Virgo(ut tradit Priſcianus)fœminini tantum generis eſt:ſed & maſculini cõperi Virgo
Hierõymus tur. Vnde Hieronymus in prologo ſuper Ioannẽ ait. Et huic matrem ſuã pẽ Virgũcula

dens in cruce cõmendauit Deus:ut uirginẽ uirgo ferruarẽt. Virgo a uiridiore Virga
Seruius ætate dicta est. Vnde etiã matres/teste Seruio super librũ xi. æneidos/uirgi/ Virgula
Virgilius nes, nõnunq̃ appellãt. Hinc Virgilius de Pasiphæ loquẽs/ait. Ah uirgo infœ Virgella
Terentius lix/quæ te dementia cepit? Terentius in ecyra. Nã uitiũ est oblatum uirgini Virgũcula
olim ab nescio quo improbo. Et format diminutiue uirgũcula. Virga (ut tra
Beda dit Beda sup Donati artẽ) triplex habet diminutiuũ/uirgula/uirgella/uigũcula.
Virgilius Vindemia/uini demptio/producit de syllabã. Virgilius georgico. ii. Nõ eadem Vindemia
Martialis arboribus pẽdet uindemia nostris. Martialis. Iam prior ad fæcẽ/sed & hæc ui Vindemiator
Psalmographus demia uenit. A uindemia fit uindemio uindemias uerbũ: ut ẽ apud Psalmo Vindemitor
grapbũ. Vt qd destruxisti maceriã eius/& uindemiãt eam oẽs qui prætergre Virgindemia
Horatius diũtur uiã? A uindemiatu supino/fit uindemiator/de syllaba præter naturã
correpta metri gratia. Horatius sermone. xvii. Vindemiator/& inuectus cui
Ouidius sæpe uiator. At uero Ouidius antepenultimã syllabã detraxit: ut de syllaba/
quæ (ut diximus) naturaliter producta est/etiã produci posset. Ait enim in fa
stis. At non effugiet uindemitor/hoc quoq; causam. Virgindemia/uirgarũ
Marcellus demptio uocatur/seu uirgarũ apparatus/teste Marcello. Varro in Agatho/
Varro ne. Ideoq; scapulæ metuũt uirgindemiam.
Agrætius Victor/& qui uehit/& qui uehitur/dici potest/testibus Agrætio in Caprum/& Vector
Seruius Seruio. Cicero. Sũmi gubernatores in magnis tẽpestatibus a minoribus ue/
Cicero ctoribus admoneri solent. Quintiliãus. In nauim filii mei male permutatus
Quitilianus uector imponor. Lucanus. Vectoris patiens tumidũ super enatat amnem. Se
Lucanus neca in Hippolyto. Pro sua uictor timidus rapina.
Seneca Vello uellis tertiæ cõiugationis/cũ gemino l scribitur: & facit in præterito uel Vello
Priscianus li/& uulsi: in supino uulsum/teste Prisciano. Inde uellico uellicas uerbũ for/ Vellico
Calphurnius matur. Calphurnius egloga sexta. Quoi deus arridens horrentis pectore se/ Velo
tas Vellicat. Velo uelas primæ cõiugationis/cũ unico l scribitur: a quo fit ue Velifico
Priscianus lifico/& uelificor cõmune uerbũ/teste Prisciano. Vnde & passiuũ protulit Velificor
Iuuenalis Iuuenalis/dicens.
Velificatus Athos/& quicquid Græcia mendax Audet in historias. Fit etiam Velito
a uelo uelas uelito uelitas. In alio aũt significato uelito uelitas/a uelitũ cõgres Velitor
Ouidius sione formatũ uerbũ est. Nam uelites expediti erant ad pugnã milites. Oui/
dius de ibide. Nondũ calfacti uelitis hasta solũ. Sed & uelitor depõnẽs usur/
Priscianus patur/teste Prisciano. Vnde Plautus in menæchinis ait. Nescio quid uelitati
Plautus estis inter uos duos.
Priscianus Vtinam/& ut pro utinam ponitur/teste Prisciano/dicente etiam Horatio libro Vtinam
Horatius sermonũ secũdo. Iuppiter ut pereat positũ rubigine ferrũ/idest utinã pereat. Vt
Laberius Versus huius uersus/uel uersi/declinari potest. Laberius in lacu auerno. Verso Versus
Valerius rum innumerorũ numero studuimus. Valerius in phormione. Quid hic cum
tragicis uersis/& syrma facis? Versus/& uersum/præpositiones sũt: unde ad
uersus/& aduersum.
Gellius Vtor uteris cõe uerbũ ẽ/testibus Gellio libro. xv. noctiũ atticarũ/& Prisciano. Vtor
Priscianus Næuius in liciaria. Supellex quæ utitur/emitur tñ. Plautus in asinaria. Vbi
Næuius illa quæ dedi ante abusa. Varro. Vtile utamur potiusq̃ ab rege abutamur.
Plautus Hortensius. Abusis iam oĩbus locis. Et tã accusatiuo/q̃ ablatiuo/iũgi põt: etsi
Hortensius Alexander cũ ablatiuo solũ construi posse tradiderit/dicẽs. Dignor/cũ po/
Alexander tior/fũgor/uescor/fruor/utor/Et careo/iũgo casu tantũmodo sexto.
Gellius Vereor cõe uerbũ est/teste Gellio li. xv. noctiũ atticarũ. Dicimus enim. Vereor Vereor
Aphranius te: & uereor abs te. Vnde Aphranius in consobrinis ait. Malũt metui/q̃ uereri
se ab suis. Accusatiuũ casũ post se regit: & qñq; datiuũ: ut uereor filio: idest ne
Aphranius aliqd mali filio eueniat. Regit & nõnunq̃ gtĩ. Aphranius in cõpitalibus.
Quitilianus Si non uereor/nemo uereat tui.
Nonius Vapor/& uapos/in recto dici põt/testibus Quintilião/& Nonio. Lucretius li. v. Vapor
Lucretius Peruolitans permanat ad os/frigusq;/uaposq;. Vapos
Nonius Vicissitudo/& uicissitas/in una significatione dici potest/teste Nonio/ Accium Vicissitudo
Accius inducente dicentem in phœnissis. Vicissitatemq; imperitandi tradidit. Vicissitas
Verres cum duplicato r/proprium uiri nomen/facit in genitiuo uerris/uel uer Verres

Probus ri:ſicut Vlyſſes huius Vlyſſis/uel Vlyſſi/teſte Probo. Vnde Cicero/filiumq; Veru
Cicero Verri/pro Verris dixit. Verres item porcus dicitur non caſtratus. Veru cum Ver
Virgilius unico r/primam corripit ſyllabam. Virgilius. Pinguiaq; in uerubus torrebi
Virgilius mus exta colurnis. Ver ueris cum unico r ſcribitur:& primã producit in obli
quis ſyllabã. Virgilius in buccolicis. Quãtũ uere nouo uiridis ſe ſubiicit alnus.
Ouidius Vagio uagis quartæ cõiugationis/primã producit ſyllabã. Ouidius li. metamor Vagio
Pompeius pho. x. Reddit onus/uagitq; puer. Proprie infantulorum uerbum eſt/quom Vagitus
Nonius uoces edunt. Inde uagitus:& hic uagor/in uno ſignificato/auctoribus Pom/ Vagor
Lucretius peio/& Nonio/dicẽte etiam Lucretio libruo ſecundo. Et ſuperantur item/mi Vago
ſcetur phunere uagor. Vagor uagaris deponens uerbũ eſt. Plautus tamen neu
Plautus trale protulit/quom dixit ĩ milite. Te alloquor uitii probriq; plenus/qui cir
Tibullus cum uicinos uagas. Corripit aũt primam ſyllabam Tibullus. Hic choreæ/cã
tuſq; uigent:paſſimq; uagantes.
Villico uillicas cum duplicato l uerbum neutrale eſt/& uillicor deponens/teſte Villico
Priſcianus Priſciano. Hieronymus in Luca cap. xvi. Non enim ultra poteris uillicare. Te Villicor
Hierõymus rentius in ecyra. Hic uillicor ante urbẽ:nunc rus eo. Eſt aũt uillicari ruſticari/ Vilito
Terentius uel uillæ præeſſe. Vilito uilitas cum unico l/ſignificat uile facere/uel redde/
Marcellus re/teſte Marcello/Turpiliũ referẽte dicentẽ. Et quear tua uitia:quæ te uilitãt.
Turpilius Vulgaris/& uulgarius/declinari põt/teſte Marcello:qui & Turpilium refert di Vulgaris
Marcellus xiſſe in tranſilione. Nõ eſt mediocris res:nec uulgaria fallacia hæc. Et Aphra Vulgarius
Turpilius nius in priuigno ait. Dehinc temeritatem repudio uulgariam.
Aphraius Venio uenis quarta coniugatione/& ueno uenis tertia/declinauerunt antiqui/ Venio
Marcellus teſte Marcello/Ennium inducente dicentẽ in hecuba. Senex ſũ:interim mor/ Veno
Ennius tem oppetam/priuſq̃ id euenat/pro eueniat. Vnde a tertiæ coniugationis Væneo
uerbo formatur præteritum ueni:cum alias a uerbo quartæ ſecundũ analo/
giam formetur in præterito ueniui:quod ab uſu ceſſit. Et facit in futuro indi
Marcellus catiui modi ueniam/& uenibo/teſte Marcello/Pomponiũ referente dicen/
Pomponius tem. Hominẽ beatum/cui illæ peruenibunt diuitiæ. Væneo uænis pro eo qđ
Apuleius eſt uænundor/cum æ diphthongo annotatur/teſte Apuleio/ut ſcilicet a ſecũ
Priſcianus da/& tertia perſona alterius uerbi uenis uenit differat. Et facit in præterito
Sedulius de arte uæniui/teſte Priſciano:in ſupino uænitum:quod & protulit Seduli/
us/quom de Ioſeph a fratribus uænundato ait. Reppulit ille famem uænitus
Diomedes crimine fratrũ. Quod tamen Diomedes dixit non eſſe cõpertum:ſed uænũ/
Lucanus datũ/aut uænditũ dicendũ eſſe/quin etiã & uænũ dici poteſt:quod Lucanus
Diomedes poſuit. Veteres tñ etiam uæneor protulere/teſte Diomede/Tyrianũ referẽ
Tyrianus te dicentẽ libro primo de agricultura. Nam id melius emitur/quod uæneat.
Plautus Et Plautus ait. Egone illi uænear? Vændo/& uænundor/ſimiliter cũ æ diph/
Apuleius thongo(ut idem tradit Apuleius)annotanda ſunt.
Apuleius Væ producta ſyllaba cũ æ diphthongo ſcribitur/teſte Apuleio:& tam cũ accuſa Væ
Virgilius tiuo/q̃ cũ datiuo cõiungit/teſte Capro. Virgilius. Mantua uæ miſeræ nimiũ Ve
Virgilius uicina Cremonæ. Ve aũt correpta ſyllaba in alio ſignificato/abſq; diphthon
go ſcribitur. Virgilius. Hyrcaniſue/Arabiſue parant.
Caper Venſica cum n poſt i/& ſcribi/& efferri debet/teſte Capro de latinitate/ſic qui/ Venſica
Vgutio dem dicta(ut ait)quia nõ ſit ſine uẽto. Neq; a uaſe deſcendit/quaſi uas aquæ
Horatius uenſica dicatur/ut cum Catholico ſomniauit Vgutio. Et producit mediam
ſyllabam. Horatius. Et diſploſa ſonat q̃tũ uenſica pepedit. Hæc apud Græcos
κυστὴ cũ y uocatur. Cum. i. aũt κιστη ciſta dicitur/ut ĩ ipſa dictiõe uidimus.
Vmbra notã habet ſignificationẽ. Vmbria/regio quædã eſt Italiæ/ab ὄμβρος Vmbra
Lucanus qui eſt imber/ſic cognominata:de qua Lucanus libro ſecundo. Iuſq; ſui pulſo Vmbria
iam pdidit Vmbria Thermo. Ab hac/ Vmbri populi uocitati ſunt. Vmbro/ Vmbri
Plinius fluuius eſt Inſubriæ:qui alio nomine a Plinio Lãber uocatur. Ombræa/urbs Vmbro
Ptolemæus eſt Meſopotamiæ/teſte Ptolemæo. Ombrici/populi quidã iuxta Illyricos. Ombræa
Virgilius Veſcor ueſceris pro edo es ponitur/dicente Virgilio libro æneidos xi. Veſcitur Ombrici
Aeneas/ſimul & Troiana iuuentus. Et tam cum accuſatiuo/q̃ cum ablatiuo Veſcor
Hierõymus conſtruitur. Hieronymus in leuitico capitulo quartodecimo. Vt offerat pro
Virgilius ſe duos paſſeres uiuos:quos ueſci licitum eſt. Veſci/uti Virgilius.

Quid puer Ascanius/superat & ne/uescitur aura
Marcellus Accius — Aetherea? Vesci item uidere significat/teste Marcello/accium inducente dicē tem in Athamante. Priusq̃ infans esses/facinus oculi uescuntur tui:idest uidēt.

Horatius Boœtius Cicero — Verso uersas actiuum est uerbum. Horatius. uos exemplaria græca Nocturna uersate manu/uersate diurna. Boœtius. Rotam uolubili orbe uersamus. Versor autem pro conuersor/deponens est. Cicero. In quibus propter illas insanas substructiones/facile mille hominum uersabatur. — Verso Versor

Virgilius Vrgilius Virgilius — Vaccinium cum gemino c/& i latino utrobiq;/& uiola/pro eodem flore usurpātur. Virgilius in buccolicis. Alba ligustra cadunt:uaccinia nigra leguntur. Idem ī moreto. Fæcundisq; rumex/maluæ/uiolæq; uirebant. Hunc florem Græci hiacynthū uocāt:quo etiam uocabulo usus ē Virgilius georgicon. iiii/quom dixit. & ferrugineos hiacynthos. — Vaccinium Viola Hiacynthus

Hierōymus Virgilius — Vitis cum i post t scribitur:a qua fit per diminutionem uiticula:& cum e uites effertur:cuius diminutiuum erit uitecula. Hieronymus in Ioanne. Ego sum uitis uos palmites. Virgilius in diris. Dulci nanq; tumet nondum uitecula baccho. Nam si dixisset uiticula/uersus stare non posset. Nec est eadē ratio/quare non possit poni uiticula ti syllaba producta/sicut cuticula/canicula/tegeticula/cuniculus:quia uiticula primam producit syllabam:& ex tribus primis syllabis optime dactylus confici potest:non sic in præfatis dictionibus/quarum prima syllaba correpta est:ut libro ultimo super regulam/I c sequente breuis/ostendimus. — Vitis Viticula Vites Vitecula

Hesiodus Virgilius Virgilius Ptolemæus Homerus Homerus Herodotus — XAnto cum t exili/Occeani/& Tethyos filia fuit/teste Hesiodo in Theogonia. cuius meminit Virgilius georgicorum tertio/quom ait. Drymoq;/Xantoq;. Xanthus cum th aspirato/fluuius fuit Troianus:de quo Virgilius libro æneidos quinto. Hectoreos amnes Xanthum/& Simoenta uidebo. Est & eodē nomine urbs mediterranea Lyciæ/teste Ptolemæo. Xanthus item eadem literatura/proprium fuit uiri Troiani nomen/a Diomede in bello occisi/teste Homero libro iliados quinto. Rursum Xanthus eadem scriptura/nomē fuit cuiusdam equi Hectoris/teste Homero libro iliados octauo. Xanthii ēt cum th aspirato/& i latino/populi quidam sunt in Asia/teste Herodoto libro historiarum primo. — Xanto Xanthus Xanthii

Sylius Laertius — Xanthippus cum th aspirato/& i latino/& gemino p/proprium fuit uiri nomē: de quo Sylius libro secundo. Lædæis ueniens uictor Xanthippus Amyclis. Xanthippe eadem scriptura/uxor fuit Socratis querula/teste Laertio. — Xanthipp9 Xanthippe

Psalmographus Hierōymus Hierōymus Hierōymus — ZElo zelas/& zelor deponens usurpatur. Psalmographus. Noli æmulari in malignantibus:neq; zelaueris facientes iniquitatē. Hieronymus in Zaccharia cap. primo. Zelatus sum Hierusalē/& Sion/Zelo magno. Idem in libro tertio regum cap. xviiii. Zelo zelatus sum pro domino deo exercituum. Idem in Iohele cap. secūdo. Zelatus ē dñs terram suam. Græci ζηλόω dicunt. — Zelo Zelor

Hierōymus — Zizania cum i latino utrobiq; /fœminino genere/& zizanium neutro/declinari potest. Hierōymus. Zizaniū mixtum est tritico. Genus est hærbæ. — Zizania Zizanium

Nestoris Dionysii Nouariensis liber septimus fœliciter incipit.
De propriis noibus in eus diphthongum/& in ius terminatis.

Priscianus Probus — PRopria nomina in eus diphthongum terminata/ut Theseus/Orpheus/Tydeus/Peleus/Aegeus/Perseus/suum in eu formant uocatiuum/teste Prisciano:ut Theseu/Orpheu/Tydeu/Peleu/Aegeu/Persea. Tamen secundum analogiam (ut tradit Probus) formare possunt etiam uocatiuum in e:

ut Thesee/Orphee. Mutamus nonnunq̃ eus diphthongum in es/i nomiati/
uo/ut Perses/Tydes/Peles/Orphes/teste Prisciano. Propria autem nomia
Priscianus terminata in ius/de usu faciunt uocatiuum in i:ut Virgili/Serui. Vetustissimi
Priscianus tamen (ut scribit Priscianus) etiam in e uocatiuum terminabant:ut Virgilie/
Liuius Seruie. Liuius in odyssea. neq̧ enim te oblitus sum Laertie noster/pro Laerti.
Laius Et Laius referente Prisciano ait. Nunc Laertie para ire. Et (ut Prisciano pla/
Priscianus cet) penultima uocatiui in i terminati/eorum scilicet nominum/quæ ante/
penultimam in nominatiuo corripiunt (nam de aliis nulla est dubitatio) om
nino acui debet:etsi alias ipsius syllabæ quantitas/hoc est penultimæ in uo/
Martialis catiuo correpta sit:ut est apud Martialem. Non amo te Sabidi: nec possum
Horatius dicere quare. Horatius in primo carminum. Mercuri facunde nepos Atlan/
Horatius tis. Idem in eodem. Nulli flebilior/q̃ tibi Virgili. Lucanus li. vii. iã Magni de
Lucanus seri arma Successor Domiti: sine te iam bella geruntur. Arator tamen penul
Arator timam produxit/quom ait. Publica libertas sanctissime papa Vigili. Nã Vi/
Statius gilius ab eo qui est uigil huius uigilis formatur:ubi gi syllaba correpta est/di
Tullius cente Statio libro thæbaidos decimo. Ite age:& obsessis uigilem circundate
flamam. Filius appellatiuum nomen/in i/& in e/format uocatiuum. Tullius.
Quanq̃ te Marce fili annum iam audientem Crathippum. Liuius Androni/
Liuius cus referente Prisciano inquit. Pater noster Saturni filie. Et notandum q̧ (ut
Priscianus scribit Priscianus) nominatiuo pro uocatiuo/siue euphoniæ/siue metri gra/
tia/nonnunq̃ utuntur auctores:ut Deus pro dee/filius pro fili/uel filie:cho/
Lucanus rus pro chore:agnus pro agne:populus pro popule:fluuius pro fluuie. Lu/
canus libro primo. Degener o populus/uix sæcula longa deorum. Virgili/
Virgilius us li. æneidos. iiii. Corniger hesperidum fluuius regnator aquarum.

De propriis nominibus desinentibus in on.

Propria nomina græca in on terminata/plerunq̧ latini in o transferũt:ut Tar/
cho pro Tarchon: Rhapho pro Rhaphon: Agamemno pro Agamemnon.
Virgilius Virgilius libro æneidos octauo. hinc Tarcho/& Tyrrheni tuta tenebãt. Idẽ
Virgilius libro æneidos decimo. Partheniumq̧ Rapho/& prædurum uiribus Orsen.
Statius Statius in achilleide. Conclamant Danai: stimulatq̧ Agamemno uolentes.
Priscianus E diuerso Græci/teste Prisciano/Propria nomina latina terminata in o/tra/
ducere solent in on:ut Cicero/Cato/quod nos dicimus/illi κικέρων/κάτων
transferunt.

De nonnullis nominibus propriis primæ/
& tertiæ declinationis:& de quibusdam
crescentibus una syllaba in genitiuo.

Declinari potest/teste Prisciano/Achates huius Achatis uel Achatæ: Tigranes
Priscianus huius Tigranis uel Tigranæ. Simili modo Timarchides/Orestes/Heraclides/
Drances/Thucydides/Mithridates/Alcibiades/Miltiades/Calliphades/Phi
listides/Herculides/Aristides/Anticlides/Philonides/Sotades/Simonides/
Agathargides/Asclepiades/Herocliades/Mnesides/Comiades/Euripides:
& alia prope plurima. Hæc autem quo ad tertiam declinationem faciunt uo
catiuum in es/& in e/teste eodem Prisaiano. Præterea Chremes huius Chre/
Priscianus mis/uel Chremetis: Thales huius Thalis uel Thaletis. Sic Laches/Pheres/Da
res/Apelles/Agelles/Ganges/Hermes/Rhamnes: qđ Tortellius in Ortho/
graphia hic Rhamnetes declinat. Adonis huius Adonis/uel Adonidis: Anu
bis huius Anubis uel Anubidis. Sic & Busiris/Acis/Paris/Agis/Serapis:& mĩ
ta alia. Decapolis huius decapolis uel decapoleos. Sic Neapolis/Pentapolis/
Nicopolis/Constautinopolis. Hæresis huius hæresis uel hæreseos: Iris hær/
ba huius iris uel ireos. Sic genesis/metamorphosis. Pallas huius palladis uel
pallados. Sic dorcas/lampas/dipsas/hebdomas.

De compositis a capite/& a corde.

Composita ab eo quod est caput/ut præceps/anceps/biceps/triceps/secundũ
Priscianus analogiam in cipis singularem formant genitiuum/teste Prisciano. Ennius
Ennius annalium xv.

Occumbunt multi lœtum ferroq̧/lapiq̧

Liuius Aut intra muros/aut extra præcipe/pro præcipiti/ lapi pro lapide. Liuius. Seq; in alta maria præcipem dedit. Quod autem nunc incipitis genitiuum Plautus faciunt/id procedit ex eo q antiqui ancipes/& præcipes/in recto proferebāt. Plautus Vnde Plautus in commorientibus ait. Saliam in puteum præcipes Idem in rudente. Post altrinsecus est securicula ancipes. Cōposita ab eo quod est cor/ ut excors/ uæcors/secors/cōcors/discors/ablata s littera/& addita dis syllaba/ Priscianus suū formāt genitiuū singularē/ut excordis/uæcordis. Veteres tñ teste Prisciāo Cælius solebant genitiuo similem in his proferre nominatiuum. Cælius in Cratino. Pomponius Modo fit obsequens/hilaris/comis/communis/concordis. Pomponius in sa tyra. Blanda/fallax/superba/impotens/discordis.

De iis dictionibus/quæ in e/& in i/ ablatiuum singularem terminant.

Nomina terminata in uis/ut auis/ciuis/clauis/peluis/nauis/in guis/ut anguis/ ūguis/in gnis/ut ignis/in ctis/ut lactis/uectis/ in mnis/ut ānis/& alia fere oīa/ quorum extrema syllaba in is desinit/a duabus incipiens cōsonantibus/quæ Priscianus scilicet non crescunt in genitiuo/ut febris/restis/postis/teste Prisciāo formāt ablatiuum singularem in e/& in i:præterq̄ uestis/& pestis: quæ solum in e/ Alexander ablatiuum faciunt:apud quem exempla sunt plurima. Alexander autem ex cepit etiam testis/dicens.

Testis cum peste per e fit/iuncta sibi ueste. Sunt qui etiam addunt nomina in rs terminata/q scilicet in e/& in i/mittant ablatiuum/ut ars/mors/pars/fors. Lucretius Lucretius libro quinto. Et libella/aliqua si ex parti claudicat hilum/ Omnia Virgilius mendose fieri/& obstypa/necessum est. Virgilius georgi. iiii. Sunt quibus ad portas cecidit custodia sorti:ubi nonnulli datiuum esse uolunt pro ablatiuo positum. Comparatiua etiam/teste eodem Prisciano/faciunt ablatiuum i e/ & in i:quia antiqui neutrum genus in or proferebant. Vnde Valerius Antias Valerius xi. annalium ait. Prior bellum/quod cum iis gestum erat. Idem in eodē libro. Valerius Commemorant Graccho fœdus prior Pompeianū non esse seruatum.

De dictionibus in genitiuo plurali syncopatis.

Poetæ/& oratores/eas dictiones/quarum genitiuus pluralis in ium/uel in orū/ secundum analogiam formatur/concidere solent:ut nummum pro nūmo/ rū:deū p deorū:uirū p uirorū:libellū p libellorū:denariū p denariorū:sociū pro sociorū:talentum pro talentorū. Similiter adiectiua quoq; concidunt:ut senum pro senorū:denū pro denorū:quadragenum pro quadragenorum: Plinius paruū pro paruorū:magnanimum pro magnanimorū. Plinius libro. xxxvi. naturalis historiæ. Atq; adeo duodequadragenū pedum Luculleí marmoris Statius in atrio Scauri collocari. Duodequadragenū dixit/pro duodequadragenorū/ hoc est triginta & octo. Statius libro thæbaidos primo.

Portarum in biuio lateri duo corpora paruū Dependēt/pro paruorū: Virgi Virgilius lius libro æneidos. iii. magnanimū quondā generator equorū/pro magnani morū. Idem fit in pronominibus meū/tuū/suum/nostrū/uestrū. Plautus i tri/ Plautus nu. Vt rem patriam/gloriā maiorū meū/pro meorū. Idem in pœnulo. Et qd Plautus meministi tuū parentū nomina/pro tuorū. Idem in menæchinis. Auertit præ Plautus dam ab hostibus/nostrū salutē sociū/pro nostrorū sociorū. Simili quoq; mo/ do/omnia in ans/uel in ens terminata participia/concidi possunt:ut amantū Virgilius pro amantiū:legentū pro legentiū. Virgilius libro æneidos. vii. Vincla recu/ santū/& sera sub nocte rudentū/pro recusantium/& rudentiū. Parens cōmu Priscianus nis generis/parentiū facit secundū analogiā/teste Prisciano/Tulliū inducen Tullius te dicentē de suppliciis. Nā uiuos præfectos/sine ulla causa/de complexu pa/ rentiū suorū hospitū/ad mortē/cruciatūq; rapuisti. Frequentius tñ per synco/ pā parentū dicimus/q̄ parentiū. Pari modo manū pro manuū/currū pro cur ruū/duū p duorū proferimus. Noīa quoq; terminata in as/secundū analo/ Priscianus giā/teste Prisciano formant genitiuū pluralē in ium:etsi per concisionē fre/ quentissime in um efferantur:ut penas penatū pro penatiū:ciuitatū pro ciui/ tatium:probitatū p probitatiū. Sic & alpestrū enuntiamus pro alpestriū:ter/ Ouidius restrum pro terrestrium:cælestum pro cælestiū. Ouidius in fastis.

Frigida cælestum matres Arethusa uocauit. Sic etiam cælicolum/ruricolū/ agricolum/christicolum/pro cælicolarum/ruricolarum/agricolarum/christicolarum dicimus. Sylius libro secundo. Cælicolum magnas uoluebat cōscia curas. Similiter uatum pro uatium: & nonnunq̄ sedum pro sedium: mē sum pro mensium/teste Prisciano/Tullium referente dicentem pro Sextio. Vestrarum sedum/templorumq; causa/pro sedium. Et Ouidius libro metamorphoseos xi/ait. Et quos substinui bis mensū quinq; labores/ꝓ mensium.

Sylius
Priscianus
Tullius
Ouidius

De nonnullis dictionibus/quæ in ium/& inorum.

Pluralem mittunt genitiuum.

Iuminibus/luminū. Noīa quæ datiuū pluralē in bus mittunt nūq̄ genitiuū eiusdem numeri syllaba creuisse patiuntur. sed aut totidem habet ut monilibus monilium: aut una syllaba minus est ut Carminibus carminum. Sic ergo saturnalibus rectius saturnalium/q̄ saturnaliorum. Sed qui saturnaliorū dicunt/auctoritate magnorum muniuntur uirorum. Nam & salustius in tertio historiarum/bacchanaliorum. dixit. Et Masurius/uinaliorum (inquit) dies Ioui sacer est. Verrius Flaccus in eo bello qui Saturnus inscribitur/saturnaliorum (inquit) dies/apud Græcos quoq; festi habentur. Et Iulius Modestus de feriis ait. Antias Agonaliorum repertorem Numam Pompilium refert. Hæc enim nomina quæ sunt festorum dierum neutralia/carentq; numero singulari/diuersæ conditionis esse uoluerunt ab iis nominibus quæ utroq; numero figurantur. Compitalia eni/& bacchanalia/& agonalia/& uinalia/& reliqua his similia/festorum dierum nomina sunt: nec singulariter nominantur: aut si singulari numero dixeris/non idem significabis/nisi adieceris festum: ut bacchanale festum: agonale festum: & reliqua: ut iam non positiuum sit: sed adiectiuum: quod Græci επιθετον uocant. Animati sunt ergo ad faciendam discretiouem in genitiuo casu: ut ex declinatione exprimeret nomen sollēnis diei: scientes in nonnullis sæpe nominibus datiuo in bus exeunte/nihilominus genitiuum in orum finiri: ut duobus duorum: ambobus amborum. Ita & uiridia quom ἀρτιεπιθετον accipiuntur/genitiuum in ium faciunt: ut uiridia prata uiridium pratorum. Quom uero ipsam loci uiriditatem figuificare uolumus/uiridiorum dicimus: ut quom dicitur/formosa facies uiridiorum. Tunc enim uiridia Positiuum ponitur: non adiectiuum. Tāta autem apud ueteres fuit licentia huius genitiui/ut Asinius pollio uectigaliorum frequenter usurpet: cū uectigal non minus dicatur/q̄ uectigalia. Sed & cum legamus/læuaq; ancile gerebat/tamen & anciliorum relatum est. Videndum ergo ne magis uarietas delectauerit/q̄ ut adamussim uerum sit/festorum dierum nomina sic uocata. Ecce enim & præter sollenniū dierū uocabula/alia quoq; sic declinata reperimus/ut præcedens sermo patefecit/uiridiorum/& uectigaliorū/& anciliorum. Sed & ipsa festorū nomina secundū regulam declinata apud ueteres reperio. Siquidem Varro feraliū diem ait a ferendis in sepulchra epulis dici. Non dixit feraliorum. Et alibi/floralium/non floraliorum ait: cū idem non ludos florales illic/sed ipsum festum floralia significaret. Masurius/dies (inquit) eam noctem deinceps quæ in sequentem diem qui est lucariū. Non dixit lucariorū. Itemq; liberaliū multi dixerūt/non liberaliorū. Vnde pronuntiandū est ueteres indulsisse copiæ per uarietatem: ut dicebant exanimos exanimes: inermes inermos: tum ilaros atq; ilares. Et ideo certū est licito & saturnaliū/& saturnaliorū dici: cū alterū regula cum auctoritate/alterū etsi solla/sed multorū defendit auctoritas. Hæc omnia Macrobius in saturnalibus. Sic & Marcellus ait. Bacchanaliorū pro bacchanaliū dicebant: sicut uectigaliorū: compitaliorū: noualiorū: uulcanaliorum. Salustius historiarū li. iiii. Curio uulcanaliorū die ibidē moratus. Iuuenalis. Incipit optare/& totis quinquatribus optat: cuius genitiuus erit quiquatriū. Et Horatius in epistolis. At potius puer ut festis quinquatribus olim. Cicero in epistolis. Ita tumultuosæ cōciones/ita molestæ qnquatriis afferebantur: cuius genitiuus erit quinquatriorū. Gellius libro quarto noctiū atticarum. Hoc ius sponsaliorū obseruatū dicit Seruius Sulpicius ad id tempus/quo ciuitas

Salustius
Masurius
Verrius
Modestus
Asinius
Varro
Varro
Masurius
Macrobius
Marcellus
Salustius
Iuuenalis
Horatius
Cicero
Gellius

uniuersa/Latio lege Iulia data est.

De iis dictionibus/quæ in is/& in es/Pluralē accusatiuū faciunt.

Omnium nominum quæ genitiuum similem habent nominatiuo singularē/ pluralis accusatiuus in es/& frequētius in is terminari solet. Simili quoq; modo accusatiuum formāt eiusdem formæ semper pluralia: ut Virgilius li. æneidos tertio. Tris adeo in certos cæca caligine soles Erramus pelago. idem libro æneidos quarto. aut manis credis curare sepultos. Hāc regulam tradidit
Seruius Seruius: & post Seruium Priscianus. In er quoq; desinentia/quæ in i singularē
Priscianus terminant ablatiuum/pari modo/& quidem frequentius in is/rarius in es/ac
Virgilius cusatiuū pluralem faciunt. Virgilius li. æneidos. xii. spargitq; salubris Ambro
Priscianus siæ succos: ubi salubris/interprete Prisciano/accusatiui casus est: licet & geni
Virgilius tiui singularis esse posset. Idem Virgilius libro æneidos. xi. metuēsq; moneret
Acris esse uiros. Imber etiam/quia habet in i ablatiuū singularem/non mo
Virgilius do in e (ut est apud Virgilium/& uento pulsatus/& imbri) format cū suis cō
Virgilius positis accusatiuum pluralem in is: sicut in es. Virgilius libro æneidos. xi.
Horatius Quom fremit ad caulas/uentos perpessus/& imbris. Horatius in epistolis.
Me quater unde sciat nunc impleuisse decembris. Eodem modo accusatiuum
Virgilius terminant pluralem in ns/& rs desinentia. Virgilius georgico. ii. Aggredior
Virgilius sanctos ausus recludere fontis. Idem libro æneidos. xii. penitusq; cauernas In
Terētius gentis/uterumq; armato milite complent. Terentius in heauton. Peto paren
Manilius tis meos ut cōmonstres mihi. Marcus Manilius in primo sui operis carmine.
Carmine diuinas artis/& cōscia fati Sydera/diuersos hominū uariātia casus/
Virgilius Cælestis rationis opus/deducere mūdo Aggredior. Virgilius li. æneidos. vii.
Priscanus Hic locus est/partis ubi se uia findit in ambas. Plus etiam/& lis/teste Priscia
Horatius no/tam in is/q̄ in es/accusatiuum formāt pluralem. Horatius in epistolis.
Cicero Quom tibi sol rapidus pluris admouerit auras. Cicero in frumentaria. Sedasti etiam litis illorum.

De genitiuo singulari/& datiuo nominum quartæ/& quintæ declinationis.

Gellius Antiqui/teste Gellio libro quarto noctium atticarum/nomina masculina/& fœminina quarti ordinis/hoc modo declinare solebant: senatus/fluctus/do
Varro mus/anus/genitiuo huius senatuis/fluctuis/domuis/anuis: datiuo huic senatu/
Nigidius fluctu/domu/anu. Quod & Varro/& Nigidius/& Priscianus libro. vii. tradi
Pricianus derunt. Vnde idem Varro rerum rusticarum libro secundo/ait. Eius enim sal
Varro uam esse fructuis ueneno. Idem in Tampheminhippo. Perrexit in interiores
Varro partes domuis. Idem de uita patrū libro primo. Primum de re familiari: se
Varro cūdo de uictuis consuetudine. Cato de liberis educandis libro. ii. Quæstius ca
Cato usa deridebant res suas pueris. Terentius in heauton. Eius anuis causa (ut opi
Terentius nor) quæ erat mortua. Cato de liberis educandis. Eam nutricem oportet esse
Cato adolescentem. Anuis enim ut sanguis deterior/sic & lac. Cæsar in anticato
Cæsar ne. Minus arrogantiæ/superbiæq;/dominatuq;/pro dominatui. Virgilius li
Virgilius bro æneidos primo. Parce metu Cytherea. Idem in georgicis. Quod nec cō
Virgilius cubitu indulgent/pro concubitui. Lucillius. Quod sumptum/ac epulas/uictu
Lucillius præponis honesto. Veteres etiam testibus Marcello in dictionibus progenii/
Marcellus & pernicii/& Gellio libro octauo noctium atticarum/nomina quītæ declina
Gellius tiōis hoc modo declinabant: facies/fames/dies/genitiuo huius facii/famiidii.
Gellius Quin etiam testibus eodem Gellio libro præfato/& Casellio/genitiuo huius
Casellius facies/fames/dies/dicebant. Tullius pro Sextio. Equites nō daturos illius di
Tullius es pœnas/pro diei. Ennius annalium. xvi. Postremæ longinqua dies confece
Ennius rat ætas/pro postremæ diei. Virgilius. Munera/læticiamq; dii/pro diei: quod
Virgilius imperitiores legunt dei. Cato in oratione de bello Carthaginensi. Pueri/atq;
Cato mulieres extrudebātur/fami causa/pro famei. Sisenna libro historiarum. vi.
Sisenna Romanos iferendæ pernicii causa uenisse. Pacuuius. Pater supprime nostræ
Pacuuius progenii patres/pro progeniei. Cnæus libro iliados. xiii. An maneat specii
Cnæus simulacrum in morte silentum. Idem. libro iliados. xxi. Altera pars acii uitas
Cnæus sent fluminis undas. Gracchus de legibus promulgatis. Ea luxurii causa aiunt

Gracchus institui. Alio item modo/declinare solebant uetustissimi: facies huius facie: di
Lucillius es huius die. Lucillius in satyris. primum facite quod honestæ Tantis accedit.
Lucillius Idem in. vii. qui te Diligit/ætatis/facieq; tuæ se fautorem Ostendat. Salustius
Salustius in Iugurtha. Vix decima parte die. Idem li. historiarum primo. At inde nulla
Salustius. munitionis/aut requie mora processit ad opidum/ꝑ requiei. Ouidius libro
Ouidius metamorphoseos tertio. Prima fide/uocisq; ratæ tentamina sumpsit/pro fi/
Ouidius dei. Idem li. metamor. vi. Vtq; fide pignus dextras utriusq; poposcit/ꝑ fidei.
Virgilius Virgilius georgi. ii. Libra die/somniq; pares ubi fecerat horas/pro diei. Hoc autem modo postremo/quintæ declinationis nomina declinanda esse putat
Cæsar Cæsar libro de analogia.

De nominibus terminatis in icus.

Magnificus/honorificus/munificus/nō ex se gignūt cōparatiuos/suplatiuosq;: sed ex aliis/quæ in usu non sunt: ac ne possunt quidem esse/magnificens/honorificens/munificens. Mirificus tamē mirificor format & mirificissimus. Te
Terētius rentius. Mirificissimus est patruus tuus. Beneficus ēt beneficior facit/teste Pri
Prisciāus sciano: & beneficissimus/Cato contra Thermū. De Ptolemæo rege optimo/
Cato atq; beneficissimo. Idem Festo referēte munificior protulit/& munificius. Et
Cato Accius li. secūdo Didascalicon ait. Atq; magnificissimo/excellentissimoq; ho
Accius nore. Omnia ergo sic a facio cōposita/hāc regulā sequūtur/mirificus/benefi cus/maleficus/ueneficus/terrificus/horrificus/uulnificus/tabificus/lucrificus/pacificus/morbificus/sacrificus/ascititiūq; cōparatiuū/suplatiuūq; habēt: ut magnificentior magnificētissimus: munificētior munificētissimus: aliquando aūt & suū cōparatiuū/suplatiūq;: ut supra diximus. Sunt & eiusdē naturæ cō posita a dico/& a loquor: ut benedicus/maledicus/fatidicus/ueridicus/falsi/dicus/iuridicus/magniloquus/altiloquus/uaniloquus/multiloquus/fatiloquus/grandiloquus/doctiloquus/uersutiloquus/dulciloquus/suauiloquus. Nam hæc in entior cōparatiuū/& in entissimus suplatiuū mittunt: ut maledi centior maledicentissimus: magniloquentior magniloquentissimus. Verum horum positiua possunt esse tum participia/tum nomina: ut maledicens ma/ledicus: magniloquens/& magniloquus: quod in cōpositis a facio nō fit: quæ participia esse nō possunt: cum hæc fuerit futura uera uox/magnificiens/beneficiens/honorificiens: quod nusq̄ lectum est.

De relatiuo quādoq; cum antecedente/quādoq; cum sequēte iuncto: & de alio quodam loquendi genere.

Relatiuū respondet antecedenti. Valerius Maximus libro. v. Antea senatus assi/duam stationem/eo loci peragebat: qui hodie sencaulū appellatur. Aliquā do non respondet antecedenti/neq; in genere/neq; in numero/utiq; quom
Salustius reflectitur eius sententia ab antecedente ad sequēs substātiuū. Salustius. Locus
Liuius est in carcere/quod Tulianū dicitur. Liuius. Anxur fuit/quæ nunc Tarachy/
Quintiliāus næ sunt. Quintilianus. Resistā iis/qui omissa rerū (qui nerui sunt) in causis di
Virgilius ligentia/quodā inani circa uoces studio senescunt. Virgilius. Nec partē posue re suis/quæ maxima turba est. Et i epistola ad Gallatas sexto capi. legitur. Nō dixit/& seminibus/quasi in multis: sed quasi in uno/& semini tuo: q est Chri/stus. Diuersum huic genus est/quom respondet antecedenti/cum deberet re/
Terētius spondere sequēti substantiuo. Terentius. Ecyra est huic nomē fabulæ. Et hoc
Salustius per nominatiuū. Per genitiuū. Salustius. Cui nomē obliuionis cōdiderāt. Per
Liuius datiuū. Liuius li. xxii. Scipio cui Aphricano fuit cognomen. Virgilius. At pu
Virgilius er Ascanius/cui nūc cognomē Iulo. Idem in georgicis. Plurimus alburnū uo/
Virgilius litans cui nomen asilo. Idem. Est ēt flos in pratis/cui nomen amello. Aliquan
Virgilius do sine relatiuo. Liuius li. primo. Faustulo fuisse nomē ferunt. Solinus de mi/
Liuius rabilibus. Lapis iste in aqua mollis est: humo duratur exemptus. Nūq̄ duo si
Solinus mul repiuntur: inde unionibus nomen datur. Per accusatiuū. Virgilius. Aene
Virgilus adasq; meo nomen de nomine fingo. Respondet etiam relatiuū quādoq; se/
Quintilāus quenti substantiuo. Quintilianus. Notum est/quid Glyconi acciderit/cui Spi
Tullius ridion fuit cognomen. Alius loquendi modus. Tullius i rhætoricis. Sulpicio/
Tullius cui paulo ante omnia credebant/eum breui spacio non modo uiuere/sed etiā

sepelliri prohibuerunt. Idem in Salustium. Nunquid quos ꝓtulit Scipiones/
Horatius & Metellos/ante fuerunt aut opinionis/aut gloriæ? Horatius. Quis non ma/
Ouidius larum quas amor curas habet/Hæc inter obliuiscitur? Ouidius. cecidere ma/
nu quas legerat hærbas.

De nonnullis constructionibus.

Virgilius Terentius in adelphis. Aperite aliquis actutum hostium. Virgilius. Viuite fœ
lices/quibus est fortuna peracta Iam sua. Hic loquendi modus inauditus est:
nec usq̄ alias lectus. Neq; enim hic sua pro eo quod est propria accipi potest.
Non enim proprie dicimus: est mihi/aut est tibi/suus scribendi mos: cū tamē
dicamus: est mihi/aut est tibi/proprius scribendi mos. Alias cōgrue dici pōt/
Terētius qđ & Terentius protulit in Phormione: quod homines/tot sententiæ: suus
Virgilius cuiq; mos est. Virgilius. trahit sua quenq; uoluptas. Hieronymus in libro. iiii.
Hierōymus regum capitulo quarto. Vade/& uænde oleū: & redde creditori tuo. Tu aūt/
Gasparinus & filii tui uiuite de reliquo. Hanc/uel similem cōstructionem/in regulis suis
Alexander Gasparinus improbat: quale est etiam illud Alexandri. Cumq; tuis sociis ora
Virgilius te sacer Dionysi. Sed Hieronymi haut dubium præualet auctoritas: & Virgi
lii dicentis Egregiam uero laudem/& spolia ampla refertis Tuq;/puerq; tu/
Plautus us. Plautus ī casina. Etiam ne habet Casina gladium? habet/sed duos: quibus/
altero te occisurum ait: altero uillicum. Alius dixisset quorum: non quibus.
Occisurum autem hoc in loco futurū est infinitiui modi/ut cito edocebimus.
Horatius Horatius. Tu quid ego/& populus mecum desyderet/audi. Boœtius: Nihil
Boœtius imbecillius homine/quos morsus muscularum necat. Virgilius. pars arduus
Tumultuo & tumultuor	Tuto & tutor	Mãdo mãdis & mãdor
Præuerto & præuertor	Dissentio & dissẽtior	Reminisco & reminiscor
Nequito & nequitor/hoc est nequiciam exerceo		Socio & socior
Quirito & quiritor/hoc ẽ Romanizo		Villico & uillicor

Priscianus Sunt & alia/teste Prisciano/quæ cum sint actiua primæ coniugationis/transeunt in neutra absoluta/siue reciproca secundæ coniugationis:ut sordido sordidas(hẽt enim passiuũ sordidor)& sordeo sordes:a quo sordesco. Albo albas:unde albor passiuũ:& albeo albes:ũde albesco. Duro duras/duror passiuũ:& dureo dures:unde duresco. Denso densas/& passiue densor: & dẽseo denses:ũde densesco. Lento lentas/cuius passiuũ ẽ lentor:& lẽteo lentes:ũde lẽtesco. Hũecto/& passiue hũector:& humeo humes:a quo hũesco. Noto notas/& notor passiue:& noteo notes:ũde notesco. Nigro nigras/& nigror passiuũ:& nigreo nigres:ũde nigresco. Lacto lactas/& passiue lactor:& lacteo lates:ũde lactesco. Lasso lassas/& lassor passiue:& lasseo lasses:ũde lassesco.

Priscianus Inueniuntur quoq;(ut idem pergit Priscianus)ex aliarum coniugationum uerbis quædam similes deriuationes:sed in paucis:ut pendo pendis(habet enim passiuum pendor)& pendeo pendes. Iacio iacis/& passiue iacior: & iaceo iaces. Acuo acuis/& acuor passiuum:& aceo aces.

Priscianus Sunt & alia(ut idem subdit auctor)quæ in compositione mutãt terminationẽ: ut eo is it neutrale uerbum:a quo composita/in o/& passiue in or/ plærunq; terminantur:ut adeo adeor:subeo subeor: obeo obeor : intereo intereor.

Ouidius Ouidius libro fastorum quinto. Sol aditus quẽ quæris ait. Iuuẽalis satyra. vi.

Iuuenalis ꝙ si subeuntur prospera castra. Claudius. Pugna acriter commissa/ac multis

Claudius utrinq; interitis. Virgilius libro æneí. x. Morte obita/qualis fama est uolitare

Virgilius figuras. Facio quoq; quando cum præpositionibus componitur / plærunq; passiuum habet:ut afficio afficior:officio officio. Lucretius libro secundo.

Lucretius Officiuntur/uti cogantur tardius ire. Deficio etiam quom pro relinquo ponitur/accusatiuo iungitur:& habet passiuum deficior. A proficio quoq; proficitur impersonale Statius usurpauit/quom dixit libro thæbaidos tertio.

Statius Proficitur bello. Nam & ãtiqui passiue facior protulerũt:ut alibi docuimus. Simili quoq; modo composita a uenio terminationem aliquando mutant: ut conuenio conuenior:inuenio inuenior. A sedeo etiam/fit obsideo/& obsideor. A uerto/& reuerto/& reuertor:præuerto/& præuertor/in una eadẽq; significatione. Verso quoq; actiuum:unde controuersor deponens. Cicero

Cicero ĩ protagora. Vt iter uos de huiuscemodi rebus cõtrouersemini/nõ cõcertetis.

Priscianus Sunt etiam multa neutra(ait Priscianus)quæ præteriti participium habent:ut prandeo prandi/& pransus sum:cœno cœnaui/& cœnatus sum:solco solui/ & solitus sũ. Audeo ausi/& ausus sũ:gaudeo gauisi/& gauisus sũ:placeo placui/

& placitus ſum:mereo merui/& meritus ſum:nubo nupſi/& nuptus ſum:
odi/& oſus ſum; iuro iuraui/& iuratus ſum:careo carui/& caſſus ſũ: pateo
patui:& paſſus ſum:titubo titubaui/& titubatus ſum. Sic ſueo ſueui/& ſuetus
Chariſius ſum/teſte Chariſio. Poto potaui/& potus ſũ. Terentius in ecyra. Quod agis
Terentius cum uirgine una adoleſcens cubuerit plus potus. Iuuenalis paſſiue protulit/
Iuuenalis quom ait. epotaq; flumina Medo Prandente. Iuratus etiam/tam paſſiue/ q̃
Cicero actiue profertur:ſic titubatus:caſſus:paſſus. Cicero Verrinarum ſecundo. Ma
Virgilius lo enim iurato ſuam/q̃ iniurato/aliorũ tabellas committere. Virgilius libro
Virgilius æneidos ſexto. ueſtigia preſſo Haud titubata ſolo. Idem libro ænei.iii.nunc
Virgilius caſſum lumine lugent. Idẽ in eodẽ. Et pater Anchiſes paſſis de littore palmis.

De nonnullis uerbis in tertia perſona paſſiuis.

Priſcianus Quædam ſunt uerba neutra/quæ Priſciano teſte/in tertia perſona paſſiue ab
auctoribus uſurpantur:ut curritur ſpacium:cœnatur rhombus: prandetur
Ouidius turtur. Sic & ætas uiuitur. Ouidius libro meta.xii.iam tertia uiuitur ætas.

De præterito imperfecto indicatiui modi.

Priſcianus Veteres/teſte Priſciano/quartæ coniugationis uerba in præterito imperfecto
indicatiui modi declinabant hoc modo:muneibam/audeibam/ueneibam/ꝑ
muniebam/audiebam/ueniebam:ita ut in antepenultima ſyllaba e/ in pe/
nultima uero/i ponerent. Nunc aũt in antepenultima i/in penultima uero
ſyllaba/e locare conſueuimus:ut ſeruiebam/hauriebam: exceptis ibam/&
quibam: & ab his compoſitis: in quibus poſt i/ e minime ponitur: ut adi
bam/nequibam. Pœtæ etiam metri gratia plærunq; e uocalem abiiciunt.
Propertius Propertius. Atq; inuli pellis totos operibat amantes/pro operiebat. Virgi.
Virgilius Tũ mihi prima genas ueſtibat flore iuuẽtus/ꝑ ueſtiebat. Idẽ li.æneidos.viii.
Virgilius Certatim ſquamis ſerpentem auroq; polibant/ pro poliebant.

De uerbis indefinite ſumptis.

Cicero Cicero oratione quinta in Verrem. Sed quocũq; uenerint/hanc rem ſibi præ/
Gracchus ſidio ſperant futurũ. Gracchus in oratione/cuius titulus eſt Qu. Pompilio.
Cato Credo ego inimicos meos hoc dicturum. Cato libro quinto originum. Illi
Leo polliciti ſunt ſeſe facturum omnia per eclipſim eſſe. Leo papa in ſermone do
minicæ intra octauam epiphaniæ. Tres itaq; uiri/fulgore inſoliti ſyderis/di
uinitus incitati/præuium micantis luminis curſum ſequntur:exiſtimantes ſe
Claudius ſignificatum puerũ Hieroſolymis ciuitate regia reperturũ:ubi chalcographi
Valerius reperturos impreſſerũt. Claudius Quadrigarius annaliũ.xii. Speremus deos
Plautus bonis benefacturũ. Valerius Antias libro.xxiiii. Haruſpices dixerunt/omnia
Laberius exſententia proceſſurũ eſſe. Plautus in caſina. Etiam ne habet Caſina gladiũ?
Lucillius habet/ſed duos:quibus/altero te occiſurum ait:altero uillicum. Laberius in
gemellis. Non potaui hoc eam facturũ. Lucillius libro.xvii. Nupturum te nu
Sylla pta negas. Sylla libro primo rerũ ſuarũ. Ad ſummã perniciem rempublicã
Gellius peruenturum eſſe. Hic loquendi modus congruus eſt/teſtibus Gellio li.ꝑmo
Priſcianus noctium atticarum/& Priſciano:qui(ut idem dicit Gellius)neq; in numeros/
neq; in tempora/neq; i genera diſtrahitur:ſed oĩa iſtæc/una eadẽq; declina
tõe cõplectitur:ſicuti Cicero dixi futurũ nõ uirili genere/neq; neutro(ſolœ
ciſmus foret plane)ſed uerbo uſus eſt/ab omni neceſſitate generum abſoluto.

De factum iri/& factum itur/& ſimilibus.

Gellius Dicimus/teſte Gellio libro nono noctium atticarum/& quidem congrue: au
Cato dio illi iniuriam factum iri:contumelia/uel iniuria factum itur. Marcus Cato
pro ſe contra Caſium. In hac contumelia/quæ mihi per huiuſce petulantiam
factum itur/rei quoq; publicæ mediuſſidius miſerear. Sicuti enim/contume
liam factum iri/ſignificat iri ad contumeliam faciendam/ideſt operam dari
quo fiat contumelia/ita & factũ itur/caſu tm̃ mutatio/idem dicit.

De incumbo/interdico/ſubeo/uaco.

Dicere poſſumus:incumbo ſtudiis: & ĩ ſtudia:& ad ſtudia. Lucillius libro ſatyra
Lucillius rum decimoſeptimo. In gladium incumbat/ne cælum uiuat. Cicero. Pergite
Cicero adoleſcentes:& in hæc ſtudia/in quibus eſtis/incumbite. Idem alibi. Quare ĩ/
Cicero cumbamus o noſter Tite ad illa præclara ſtudia. Virgilius li.æneidos q̃nto.

Colligere arma iubet:ualidisq; incũbere remis. Interdico tibi aqua/& igni:ti bi interdictũ est aqua/& igni:aqua/& ignis/tibi interdictus est:uel interdicta sunt:& interdico tibi aquã/& ignem. His quattuor modis loqui congrue pos
Augustinus sumus:postremo tamen perraro:ut est apud Augustinũ libro.xviii.de ciuita te dei capitulo octauo. Quã si quis prohibet prohibeat(si potest)amica collo quia:interdicat amicabilem societatẽ. Subiit mihi/idest in mentẽ uenit mihi: occurit mihi:uel succurit mihi:quæ idem significant. Nõnumq̃ iungitur accu
Curtius satiuo:ut est apud Curtiũ. Sera pœnitentia subiit regem. Est autẽ subire-ĩ me/
Virgilius moriam/uel(ut diximus)ĩ mentẽ uenire. Virgilius libro æneidos.ii.subiit de
Virgilius serta-Creusa. Subire item-subdere supponere. Virgilius libro æneidos.x.
Virgilius Aeneæ subii mucronẽ:ipsumq; morando Sustinuit. Subire ingredi. Virgilius libro æneidos.viii.hæc(iquit)limina uictor Alcides subiit. Subire succedere.
Varro Varro libro.lx. In quarum locum subierunt inquilinæ/impietas-perfidia/im
Virgilius pudicicia. Subire/nasci feruescere. Virgilius georgicorum primo. Ne subeát
Cicero hærbe:neu puluere uicta fatiscat. Subire respondere resistere. Cicero in uer/ rem. Diuinatione poteris ne orationem eius subire:hoc est-orationi eius po
Marcellus teris ne respondere-uel resistere:has huic uerbo interpretatiões Marcellus tri buit. Vaco sapientiæ/do operam sapientiæ:uaco perturbatione-pertubatio/ ne careo. Aliquãdo cũ præpositiõe/a-uel b:ut uaco a labore:uaco ab omni molestia. Et per impersonale:ut mihi non uacat:idest tempus non suppetit. Vacat item/uacuum est.

De dono/augeo-conduplico-impartio-accũmulo.

Plautus Dici potest:dono tibi hoc munus:& dono te hoc munere. Plautus ĩ Amphitry/
Virgilius one. Verum ita animatus fui-itaq; nunc sum:ut ea te patera donem. Et passi/
Terẽtius ue-Virgilius. Nemo ex hoc numero mihi non donatus abibit. Terẽtius. Pluri ma salute Parmenonẽ suum impartit Gnato. Et ita in cæteris/quæ diximus/ augeo-conduplico-accumulo.

De doleo/reuertor-exeo-egredior.

Terentius Dicere possumus:doleo caput:& dolet mihi caput. Terentius. Dolet dictũ adu
Salustius lescenti. Salustius in Catilina. Quasi dolens eius casũ. Reuertor domũ/& ad
Salustius domũ/congrue dicitur:exeo castra-& castris:egredior Romam/& Roma.
Horatius Horatius. Egressũ magna me cepit Aricia Roma.

De apello/appello:amitto/admitto:amoueo/ admoueo:auerto-aduerto.

Virgilius Apello apellis tertiæ coniugatiõis/cum unico p/amouere significat:ũt ẽ apud
Prisciãus Virgilium:apulsus ab urbe. Priscianus aũt tractatu de præpositione dicit pro eo quod est amoueo-aspello scribi debere/cõponiq; uult ex ab/& pello pel lis quemadmodũ ex ab/& porto/fit asporto asportas. Appello appellis aũt
Donatus cũ gemino p-significat proprie ex pelago ad litus accedere/teste Donato su
Lucanus per Andriã Terẽtii. Lucãus li.viii. Qui uetat externas terris appellere classes.
Virgilius Virgilius. Huc me digressum nostris deus appulit oris. At uero appello ap/ pellas eadẽ scriptura ꝑmæ cõiugationis-aduocare significat. Amito cũ unico
Virgilius m post a-idest perdo:ut est apud Virgilium.amisit uerum uetus Albula no/
Ouidius men. Aliud tamen significat-apud Ouidium heroidum-ubi ait. Hic lacer amis
Ouidius sos terruit Hector equos:hoc est laxis dimissos habenis. Idem libro de põto. Nec nocet amisso subdere calcar equo. Admitto cum d/recipere significat:&
Iuuenalis peccare. Iuuenalis satyra.ii. Iam fas est:admitte uiros:hoc est assume. Idem in
Iuuenalis eadem. Quod pscas admisit/quænam est huic culpa puellæ:idest peccauit. Amoueo cum unico m post a/remouere significat: admoueo autem cum
Virgilius d/applicare/siue apponere. Virgilius libro æneidos.iiii. Hyrcanæq; admo/ runt hubera tigres-pro admouerunt:hoc est apposuerunt. Auerto absq; d/ ut auerto oculos-aut mentẽ/idest alicunde oculos-aut mẽtem conuerto. Ad uerto autem cũ d/ut aduerto oculos-mentemue-idest aliquo oculos/mentẽ ue conuerto. Auersus item-terga ostendẽs dicitur:aduersus uero oppositus/
Cicero ueluti opposito pectore-atq; obiecto. Cicero. Aduersus-& auersus/impudi/
Virgilius cus es. Rursum auertere pro amouere ponitur-uel expellere. Virgilius.

Non posse Italia Teucrorum auertere regem?

De uerbis actiuis quartæ maneriei.

Verba quæ ad induendū/exuendū/uestiendum/calciandum/cingendū spe/ctant/duos a parte post accusatiuos regunt diuersos:uel accusatiuū cum ablatiuo. Induo tamen(ut alibi in uerbo ipso uidimus)post accusatiuū regit quādoq; datiuum.

De accuso/incuso/excuso.

Seruius Vgutio — Accusare(iquiūt Seruius/Vgutio/& nonnulli alii)est maioris de minore. Incusare autem/est minoris de maiore/uel paris de pari. Vellem ego scire/ubi ab aliquo auctorū traditio hæc obseruata sit. Nā apud ueteres/adulescentuli solebant/probitatis simul & eloquētiæ laudē capessere/ex magnorum uirorū accusatiōe. Quin(ut ait Quintiliāus)crediti sunt ēt clari iuuenes obsidem reipublicæ dare malorum ciuium accusationem. Nunqd Demosthenes quom tutores suos adulescentulus in mediū uocauit/aut Cicero quom Verrem reum fecit/prætorium uirum/ipse quæstoribus non accusauit? Male ergo locutus est dicēs accusationem suā semp:nunq̃ incusationē:imo perite. Virgilius.

Virgilius — Quem non incusaui amens hominumue/deumue: dii quidem Aenea maiores sunt/hoīes uero Troiani/Aenea minores:& tamē dixit:quē nō incusaui hominum. Dicendum est ergo/q̄ accusare est uel apud iudices/uel apud aliū queuis/etiam apud illum ipsum quem accuses/significare/atq; ostendere aliquem peccasse. Incusare uero/est reprehēdere mores alterius/& plærunq; cū

Virgilius — querela/q̄ ab illo iniuria affectus sis:& ita apud Virgilium accipiendū eīt:ut est ēt apud eundem li.æneidos.xii. Aeneas/magnaq; incusat uoce latinū:hoc est magno clamore reprehēdit. Vnde etiam Cæsar cōmentario p̄mo ait. Hoc

Cæsar — cū animaduertisset Cæsar/cōuocato cōsilio/omniūq; ordinum ad id consilium adhibitis centurionibus/uehemēter eos incusauit. Sic etiam intelligen/

Terētius — dum est illud Terentii/ubi ad Clytiphonem filium pater loquens ait. Quid me incusas Clytipho? Excusare autem dicimur crimen obiectū. Et quoties id quod in causa fuit ut peccaremus/afferimus in excusationem/dicimus etiam

Lucanus Quintiliāus — excusare pro accusare. Lucanus libro.viii.litusq; malignum Excusat. Quintilianus. Tu tamen si interpellatus tempestatibus/serius uenisses/excusares mare/& ambiguos casus.

De metuo/timeo/formido/uereor.

Metuo/timeo/formido/uereor/regunt a parte post accusatiuū:& nonnunq̃ da/

Terētius — tiuum:ut est apud Terentium. Metuo Pamphilo:idest ne aliquid mali eueni/

Virgilius — at Pamphilo. Virgilius georgi.primo.atq; inopi metuens formica senectæ.

Hierōymus — Hierōymus in parabolis capitulo.xxxi. Nō timebit dōmui suæ a frigoribus

Virgilius — niuis. Regūt & post accusatiuū aliquādo datiuū:ut ē apud Virgilium.& quæ

Quintiliāus — sibi quisq; timebat. Nōnunq̃ post accusatiuū regūt genitiuū. Quintilianus libro quarto. Libentissime patronum audit:qum iustiaæ suæ minime timet: Vereor tamen non tantum accusatiuo siue datiuo(ut diximus)iungitur sed

Aphranius — etiam genitiuo. Aphranius i cōpitalibus. Si nō uereor/nemo uereatur tui.

De emo/uændo/cum genitiuo tanti/& quanti.

Nullæ dictiones queunt in genitiuo casu adiungi his uerbis/emo/uændo/uænūdo/uæneo/mereor/cōparo/taxo/liceo/addico/distraho/metior ℘ æstimo/cōstat/cōduco/loco/fœneror/pacifcor/pango pepigi/condemno/postulo: præterq̃ in his dictionibus tanti/& quanti/cum cōpositis tantidē/& quātidē/tanticūq;/quāticunq;/tantilibet/quantilibet:& præter q̃ i his duobus cōpara

Virgilius — tiuis/pluris/& minoris. Neq; enim audiuimus unq̃ dici:uændidit hic patriam

Virgilius — auri:aut Achilles uændidit corpus Hectoris auri:sed per ablatiuum sic. Vændidit hic auro patriam. Et iterum. Exanimumq; auro corpus uendebat

Terētius — Achilles. Quanti uero/& tāti/cæteraq;(ut diximus)genitium nō mutant:ut Terentius in eunucho. Quid agis/nisi ut te redimas captum quāti queas/minimo/etsi nequeas paulo? Cur non dixit quanto/ut congrueret cum illis/minimo/& paulo/aut minimi/& pauli/ut congrueret cum hoc quanti/nisi quia tanti/& quanti/mutare non licet/& ab eis quæ diximus compo/

Quintiliãus fita. Quintiliãus in paſtu cadauerum. Hoc unum ſuperat/ut deuectũ tantidẽ
Iuuenalis uænderes. Et ĩ Verrẽ Cicero aiebat. Tãti æſtimaſſẽ/quãti ſacerdotẽ. Iuuẽalis.
Iuuenalis Quãticũq; domus cõſtet. Idẽ. Balnea ſexcẽtis/& pluris porticus empta. Cur
Ciero non dixit/& pluri/ut copularet coniunctio eoſdem caſus? Liuius libro. xlviii.
Liuius Mancipia minora ãnis uiginti/quæ poſt proximũ luſtrũ/decem milibus æris/ aut pluris uæniſſent: ea quoq; decem tãto pluris/q̃ quãti eſſent/æſtimarẽtur:
Horatius adeo ut interrogati/per eundem ſepæ caſum reſpondere nequeamus. Hora/
Plautus tius. Quanti emptæ? paruo. quanti ergo? octuſſibus. Heuheu. Plautus in Epi/ dico. Quanti eam emit. uili. quot minis. quadraginta minis. Neq; illud te mo
Cicero ueat Ciceronis/Quanti additus. mille nummũ. Non enim eſt illud mille geni
Cicero tiui/ſed ablatiui caſus: quaſi millenario nummum/ pro nummorum: ut idẽ in Philippicis. Inuentus eſt qui. L. Antonio mille nummum ferret expenſum. Idem pro Milone. In quibus propter illas inſanas ſubſtructiones/facile mille
Varro hominum uerſabatur: qualia exempla multa repeterem/niſi Varronis præce ptio ſatis eſſet: qui in libris de analogia inquit. Quom peruentũ fuerit ad mil le denariũ/aſſumit ſingulare neutrum: a quo multitudinis fit milia denariũ. Et hæc quidem ĩterrogatio/quãti addictus. uel quanti emptæ. eſt per geneti/ uum: reſponſio autẽ per ablatiuũ. Aliquando ediuerſo. Vt emiſti ne iſtũ equ/ um decem nũmis. imo pluris. Nonnunq̃ hi duo caſus iuxta idem uerbum hæ rent. Vt emiſti iſtum equũ decem nũmis/an pluris. Quod ſi aduerbia forent (ut nonnulli putãt) cur potius dictũ eſt/tãti/& quãti/pluris/& minoris/non tanto/& q̃to/pluri/& minori/cũ huiuſmodi uerba utiq; ablatiuũ deſyderent. Cur non idem fit in cæteris comparatiuis/quæ palã aduerbiantur. Nõ enim dicit: emi equũ uilioris/carioriſue/q̃ tu: aut uiliori/carioriue/q̃ tu: ſed uilius/ q̃ tu: aut carius. neq; uendidiſti ædes melioris/peioriſue/q̃ ille: ſed melius/pe iuſue/q̃ ille. Cur deniq; hæc ipſa quæ noĩauimus/quoties ſubſtãtiuis maritan tur/formã naturalẽ/ac legẽ cuſtodiunt. excepto tantidem: quia eſt ſubſtãtiuũ: qđ datiuũ/ablatiuũq;/non agnoſcit tãtodẽ: ſolaſq; has uoces habet/tãtidẽ & tãtundẽ: Dicendumq; erit. Quãta pecunia iſtũ equũ emiſti. ſicut/quot minis.
Iuuenalis Iuuenalis. quanto Meritis precio. Liuius libro. xxii. Hic miles magis placuit/ cum precio minore redimendi captiuos copia fieret. Itaq; genitiuos illos/tan ti emi equum/quanti potui/ſic exponere non poſſumus/tanti precii: ſed ſic: tanto precio/quanto potui. Et per cõparatiuum: ut illud Ciceronis. Nõ plu/ ris uændo/q̃ alii: fortaſſe etiã minoris. Ideoq; ſic exponas: pluris/ideſt pluri
Laurẽtius precio: minoris/minori precio. Hæc omnia Laurentius. Ego autem hos abla tiuos/tanto/& quãto/etiam ſubſtantiuis non maritatos/prædictis uerbis iun/
Hierõymus gi poſſe contenderim/auctoritate diui Hieronymi fretus/in leuitico capitu/ lo ultimo ſic dicentis. Si ſtatim ab anno incipientis iubelæi uouerit agrum/ quanto ualere poteſt/tanto æſtimabitur. Hoc inſuper addimus/æſtimo etiam cum alio ab iis de quibus Laurentius tractat/genitiuo iungi poſſe/
Catullus non cum ablatiuo modo. Catullus. Viuamus mea Leſbia: atq; amenus: Ru/ moreſq; ſenum ſeueriorum Omnes/unius æſtimemus aſſis. Quod Laurenti us ipſe non aduertit. Præfatis uerbis addi poteſt & doceo: quod etiam cũ præ
Plinius dictis genitiuis iungitur. Plinius libro. xxxv. naturalis hiſtoriæ. Neminem do
Iuuenalis cuit minoris talento: minoris/ideſt minori precio. Iuuenalis ſatyra. vii. tẽta

Chryſogonus quãti doceat: uel pollio quanti
Lautorum pueros/artem ſcindens theodori.

De ſupino.

Do uænum ædes/do filiam nuptum/ſpectatum admittimur/ſupina hæc laten
Terẽtius tem in ſe motum ſignificant/uel obtinent. Terentius. Daturne illa Pamphi/
Horatius lo nuptum. Horatius in arte poetica. Spectatũ admiſſi riſum teneatis amici.

De gerundio/& conſtructionibus per illud.

Diomedes Gerundia/teſtibus Diomede/& Priſciano/actionem/& paſſionem ſignant.
Priſcianus Virgilius tertio georgicorum. uritq; uidẽdo Fœmina: ideſt quæ uidetur. Ac
Virgilius tiue idem Virgilius. Pacemq; ab rege petendum. Idẽ libro æneidos ſecundo.
Virgilius quis talia fando Myrmidonum. actiue hic: paſſiue autem/ut idem li. præfato.

Virgilius Fando aliquid si forte tuas peruenit ad aures. Idem in buccolicis.
Virgilius Cantando tu illũ.& hoc actiue. Passiue autẽ/ut est apud eundẽ in buccolicis.
Virgilius Frigidus in pratis cantando rumpitur anguis. At uero Laurentius nõ omnia
Virgilius gerundia actionẽ & passionẽ signare uoluit:sed illa duntaxat actiue pariter
Laurentius & passiue exponẽda esse dixit/quæ a uerbis actionem & passionẽ signãtibus/
descendũt. Vado ad confitendũ:sum in confitendo:uado ad capiendum ho/
Cicero stem:& in capiendũ hostem. Cicero pro Milone. Huius ergo interfector si es
Pompeius set in confitendo. Pompeius. Inferium uinũ id dicebatur/quod in sacrifican/
do infra pateræ labrũ ponebant. Internauigandum/interlegendũ/interagẽ/
Virgilius dum/frequenter usurpant auctores. Virgilius.& interagendum Occurasse ca
Quintiliãus pro:idest in agendo/uel dum ago/uel agerem. Quintilianus. Sed ratio recte
Quintiliãus scribendi/iuncta cum eloquẽdo est. Idem. Pauperi soluẽdo non sumus. Cice
Cicero ro ad apium. Cum soluẽdo ciuitates non essent. Liuius libro.xxi. Nõ uereor/
Liuius ne quis hoc in me uestri adhortandi causa/magnifice loqui existimet. Vestri
Cicero dixit plurali/adortandi singulari numero. Cicero libro.ii.de diuinatiõe. Do
lebas tantũ stoicos nostros epicureis irridẽdi sui facultatem dedisse.

De declinatione participii.

Participia in ans/& in ens terminata/ad silitudinem/& regulam nominum/in
ans/& in ens desinentiũ/declinantur:ut quadrans abiecta s littera/& addita
tis syllaba/fit genitiuo quadrãtis:gens/mens/dens/genitiuo gentis/mentis/
dentis. Sic amans genitiuo amantis:docens docentis:legens legentis: audiẽs
audientis. Ab hac regula excipiuntur participia/quæ nascũtur a uerbis quar/
tæ cõiugationis in eo desinentibus:quorum genitiuus formatur in euntis:ut
Alexander iens genitiuo euntis:quiens queuntis. Ambiens autem (ut Alexander tradit)
Priscianus ambientis facit quod: Priscianus omisit. Horum autem gerundia/in eũdi/eun
Plautus do/eundum terminãtur:ut adeundi/nequeundi. Plautus tamen abiẽdi pro
Priscianus abeundi protulit/quom in Amphitryone ait. Abiendi nũc tibi occasio ẽ:qđ
ẽt Priscianus annotauit. Simili fortassis modo/ambiendi ab ambio dici pos
set:cum in genitiuo participium ambientis faciat. Idq; notandum est/q; hæc
Salustius participia pro nominibus quandoq; ponuntur:& genitiuũ regunt. Salustius
Lucanus in Catilina. Appetens alieni/sui profusus. Lucanus. Omnisq; potestas Impati
Virgilius ens cõsortis erit. Virgilius libro æneidos secundo. Obtulerat/fidẽsq; animi in
Virgilius ter utrunq; paratus. Idem in buccolicis. Quã diues pecoris niuei/q̃ lactis abuũ
Cicero dans. Et per superlatiuũ. Cicero pro marcello. Clarissimi/ac fortissimi/ patri
Terẽtius æq; amãtissimi. Similiquoq; mõ/ea quæ uidentur frequẽtatiua/pro nomini
bus posita/genitiuo iũgũtur. Terẽtius i Phormiõe. Liberalis ẽ:& fugitãs litiũ.

De participio præteriti temporis significante accionem:& de præsentis/passionem.

Participia quædam in uoce passiua actionẽ/quædam in actiua passionẽ signifi
cant:ut excretus/circũspectus/consyderatus/disertus/cautus/argutus/cõten/
tus/profusus/fluxus/discretus/cõplacitus/exoletus/defectus/adultus/falsus/
tacitus/scitus/ignotus/tutus:quod & passiue accipi potest:ut tutus sũ ab ho/
stibus:hoc est munitus. Ignotus qui ignorat dicitur:nõ qui ingoratur modo.
Quintiliãus Quintiliãus. Ne quis tñ erret ignotus/nõ est filii mei nouerca:sed mater. Igno
Terẽtius tus dixit pro ignorans:non pro ignoratus. Falsus qui fallit/& qui fallitur/di
Terẽtius ci põt. Terẽtius. Censen me aliquam causam fictã/falsam/ineptã/saltem po/
tuisse proloqui:idest fallentem. Idem. Carine falsus es:idest deceptus. Taci/
Virgilius tus taciturnus qui tacet/actiue accipitur:& nonnunq̃ passiue:ut est apud Vir
Salustius giliũ. Quis te magne Cato tacitũ/aut te Cosse relinquat? Salustius. Alieni ap/
Salustius petẽs/sui profusus:hoc est profusor sui. Idem. Diuitiarũ/& formæ gloria/flu
Terẽtius xa/& fragilis habetur/pro fluens. Scitus is dicitur/qui sciẽs est:ut est apud Terẽ
Terẽtius tium. Scitũ quoq; hominẽ:nisi acipere uelimus passiue:ut est apud eundem.
Scitus puer natus e Pamphilo est:quasi scite/& docte factus. Sic complacitus:
Virgilius sic ab excresco excretus:ut est apud Virgiliũ. Excretos hædos. Sic exoletus ab
exoleo. Nam quom adiectiue ponitur/adultus interpretatur:quom autẽ sub
Plautus stantiue/scortum masculum significat. Plautus. Reliqui domi exoletam uir/

ginem. Sic adultus ab adoleo. Defectus quoq/ qui deficit/ & qui deficit/ appel
Martialis latur. Matilis. Dulcia defecta modulatur carmina lingua: hoc est deficiente lin
gua. Hæc quidē actiue significationis inuoce passiua. Paucioria autē sunt paſ/
siuæ significationis in uoce actiua: ut euidens negociū/ quod uidetur apte/ &
Quintiliāus ītelligitur. Indulgentior facies apud Quintilianū pro pulchra: hoc est cui alii
Statius indulgeāt: non quæ indulgeat aliis. Vnde & Statius ait. Pulchrior haud illi tri
ste ad discrimen ituro Vultus/ & egregiæ tanta indulgentia formæ. De qui/
Laurentius bus etiam Laurentius disseruit.

De participio iuncto cum uerbo/ uel gerundio.

Participia iuncta cum infinitis/ dicuntur seruare uim participiorū: iūcta uero cū
nomine/ uim nominū: ut timeus nauigare/ uel nauigandi: cupiens discere/ uel
discendi: peritus cantare/ uel cantandi: assuetus ludere/ uel ludendi: quod ēt
Laurentius Laurentius tradidit.

De præpositionibus/ in/ clam/ procul/ sub/ pro/ præter/ tenus.

In præpositio quom componitur/ ut indoctus/ iniustus/ insipiens/ manifestā
Virgilius reddit dictionis significationē: sed & nōnunq̄ uim sui auget compositi: ut est
Virgilius apud Virgilium libro æneid. vi. agnosco crines/ incanaq; menta: idest ualde ca
Sisenna na. Idem alibi. Nocuit nunq̄ imprudentibus imber: hoc est ualde prudētibus.
Cicero Sisenna libro historiarū tertio. Sublatus læticia nimia/ aut impotentia animi
Donatus cōmotus/ pro ualida potentia. Cicero tusculanarum. v. Qui nihil metuant:
Sergius nil agant: nil cōcupiscant: nulla īpotentia efferantur: idest ualida potētia. Clā
Seruis tam accusatiuo/ q̄ ablatiuo præponitur/ auctoribus Donato/ & in Donatum
Prisciāus Sergio/ & Seruio. At uero Priscianus/ & Donatus cognomēto minor/ ablati
Donatus uo tantum præponi uoluerūt. Procul ablatiuo deseruit: ac etiam accusatiuo:
Curcius ut est apud Curcium. Procul urbem. Et tam prope/ q̄ longe significare habet/
Seruius testibus Seruio/ Acrone/ Agræcio in caprū Sub accusatiuo/ & ablatiuo casui
Acron præponitur: accusatiuo quidē/ quom tempus notat. Virgilius. Sub noctē ex/
Agrætius portāt calathis. Sub/ idest ante: & accusatiuo deseruit. Virgilius li. ænaidos. ii.
Virgilius potesq; sub ipsos Nituntur gradibus. Sub/ idest pro: & accusatiuum postulat.
Virgilius Virgilius li. æneidos primo. Vrit atrox Iuno: & sub noctē cura recusat. Sub/
Virgilius idest ī: & tam ablatiuo/ q̄ accusatiuo præponi potest. Virgilius libro æneidos
Virgilius v. quo deinde sub ipso Ecce uolat. Cicero ad plancum. sub eas autem redditæ
Cicero sunt: idest ī eis litteris. pro ī significato proprio est/ quom dicit: pro deo mor
tem æquanimiter feram. Quādoq; pōitur pro in: ut sedet pro tribunali: idest
Virgilius intribunali. Nōnunq̄ accipitur pro ante: ut ē apud Virgilium li. æneidos. viii.
Stabat pro templo: & capitolia celsa tenebat: idest ante tēplum. Pro item iter
Prisciāus iectio est: & aspirationem in fine respuit/ teste Prisciano: quia nō est apocopa
Gasparinus ta dictio: Scribēdum est igitur hac scriptura pro: non autem cum aspiratione
Lucanus proh/ ut inepte Gasparinus ānotari præcepit. Lucanus. pro si remeasset in ur/
Cæcilius bem. Cæcilius. Pro dii īmortales/ unde prorepsit truo? Præter accusatiuo de
Salustius seruit: & nonnunq̄ ablatiuo: ut est apud Salustium in Catilina. Præter rerum
Marcelius capitalium condemnatis/ pro condemnatos. Præter item/ pro ante/ uel per/
Cicero ponitur/ teste Marcello. Cicero Verrinarum secundo. Præter oculos soli fere
Varro bant. Varro in eumenidibus. En domum præter matrē deum ædem axaudio
cymbalorum sonitum. Tenus ablatiuo singulari deseruit: ut hactenus/ quate
Virgilius nus/ oretenus/ uerbotenus. Virgilius. Hic celebrata tenus. Iuuenalis. Cru/
Iuuenalis retenus medio tunicas succingere debet. In plurali uero/ ablatiuo/ ēt & geniti/
Ouidius uo seruire potest. Ouidius libro metamor. v. Pectoribusq; tenus molles ere/
Ouidius ctus in auras. Idem in eodem. Pectoribusq; tenus media sublimis ī æde. Lucre
Lucretins tius. Labrorum tenus interea perpotet amarum. Virgilius li. ænidos. x Exter
Virgilius rens freta/ cui laterum tenus hiaspida nāti Frons hominem præfert. Idē alibi.
Virgilius Et crurum tenus amento palearia pendent. Quintiliāus libro. xii. Sed ille uir
Quintiliāus bonus/ qui hæc non uocibus tantum sibi nota/ atq; nominibus/ aurium tenus
Cœlius in usum lingua præcipit. Cœlius. Nam illi rumores de comitiis transpadano
Curtius rum/ Cumanorū tenus caluerunt. Curtius. Pauci hostiū tenus exacti penetra
uere ad portum.

De super/supra/uel supera/infra/uel infera/intra/coram/ secundum/iuxta/uel iuxtim/

Priscianus Super accusatiuo/& ablatiuo casui seruit:supra uero accusatiuo tãtum/testibus
Donatus Prisciano/& Donato cognomẽto minore. Et licet ineruditi dicãt/Quod sup
est/tangit: quod supra/distat ab illo/nulla mihi uidetur in significato dif/
Quintiliãus ferẽtia. Quĩtiliãus. Nec ulla ẽ supra terras adeo rabiosa bellua. Nõ dixit sup:
Liuius sed supra:& tamen bellua dum terrã calcat/tangat necesse est. Liuius li. xliiii.
Lucretius Vbi circa muros/supra/supterq; terram/per dies. xxv. pugnatum est. Lucreti/
us libro. iii. Nec supra caput eiusdem cecidisse uietum Vestem sentimus. Si. n.
Lucas super dixisset/uersus stare non posset. Et Lucæ capitulo. xv. legitur. Dico aũt
uobis/q ita gaudium erit in cælo/sup uno peccatore pœnitentiã agẽte. Neq;
Virgilius enim hic de tactu ĩtelligi põt. Quãdoq; sup pro de ponitur:ut est apud Virgi
Seruius lium li. æneidos primo. Multa super Priamo/rogitans/super Hectorẽ multa/
Virgilius idest de Priamo/de Hectore. Super item significat ualde/teste Seruio. Vir/
Prisciãus gilius libro æneidos tertio. O mihi sola mei super Astyanactis imago. Antiq
Tullius etiã supera ꝓ supra protulerũt/teste Prisciano tractatu de præpositiõe/Tul
Tullius lium inducente dicentem in Arato. Toruus draco serpit subter superaq; re/
torquens: Sese. Idem in eodem. Huic supera duplices humeros affixa uidetur
Caper Stella micans. Infra/uel antiquorũ more ifera/teste Capro/ad dignitatem/&
locum referri debet:ut hoc infra dignitatem meam est:infra uires meas:infra
tectum. Errant autem minores/quom ex consuetudine dicũt:infra hebdoma
dam:infra mensem:infra annũ:cum potius intra/non infra dicere debeãt. Nã
infra ad numerũ/& spaciũ refertur:ut intra uiginti dies:intra muros. Deniq;
Caper intra habet relatiuum extra/uel extera/ut teste Capro/ueteres dixerũt. Infra
Caper autem habet relatiuum supra/uel supera. Rursum ab infra/uel infera/forma/
Prisciãus tur infer/in recto/uel inferus infera inferum/testibus Capro/& Priscião. Co
Virgilius ram ablatiuo præponitur:& quandoq; aduerbium est:ut est apud Virgilium
libro primo æneidos. coram quem quæritis adsum. Secũdum accusatiuo de
Virgilius seruit:& nonnunq̃ pro iuxta ponitur/uel prope. Virgilius. Dulcibus illa qui
Seruius dem illecebris/aut plena secundum Flumina: idest iuxta flumina plena/inter
Psalmographus prete Seruio. Iuxta accusatiuo præponitur:& quãdoq; aduerbiũ ẽ:ut ẽ apud
Psalmographum. Iuxta est dominus iis qui tribulato sunt corde. Comperitur
Marcellus etiam iuxtim pro iuxta/teste Marcello/Sisennam referente dicẽtem. Iuxtim
Sisenna Numicium flumen obtruncantur.

De ad præpositione/propriis/& appellatiuis noĩbus iuncta.

Cicero Dicere possumus: pergo Romam:& ad Romam:uado ad forum:eo rus. Cice
Hierõymus ro. Ea die Verres ad messanã uenit. Hieronymus in Thobia capi. primo. Hic
Virgilius solus fugiebat consortia hominum:& pergebat ad Hierusalem ad templũ do
Virgilius mini. Virgilius. Lauinaq; uenit Littora Thessaliæ:& alibi. Deuenerẽ locos. Te
Terẽtius rẽtius in Eunucho. Dũ rus eo/cœpi egomet. Quãdoq; per datiuũ loquimur/
Marcellus teste Marcello:ut est etiam apud Terentium in Andria. Interea mulier quæ/
Terẽtius dam ab hinc triennium ex Andro cõmigrauit huic uiciniæ. ubi Donatus ait.
Huic uiciniæ/huic scilicet loco/uel locorum.

De præpositione cum aduerbiis iuncta.

Marcellus Omnes (inquit Marcellus) artem secuti/negant præpositionem aduerbiis addi
oportere: sed auctoritas ueterum præponi iubet. Et inducit Titinium/Enniũ/
Aphranium/Cæcilium/Accium/Nonium/Claudium/Pomponium/Tur/
pillium/Lucrecium/Terentium. Exquibus/breuitatis causa/postrema duo af
Lucretius feremus exempla. Lucretius libro. ii. Vim cupidã tam de subito q̃ mens habet
Terentius ipsa. Terentius in ecyra. Ita corripuit de repente tacitus se ad filiam. At uero
Donatus Donatus/de repente (inquit) una pars orationis est. Aduerbiis enim præpo/
sitiones nõ addũtur. Nã si separaueris/non est latinum de repente. Hæc ille.

De nonnullis aduerbiis.

Priscianus Antiqui testibus Prisciano/& Marcello/Plautum/Claudium/Catonem/Pacu/
Marcellus uium/Lucretium/Pomponium/Titinium/Sisennam. Næuium/Ennium/Ac
cium/Cæcilium/Aphranium/Terentium/Turpillium/Varronem/Casiũ/

Saluſtium/Tullium/Lucillium/Laberium/Catullum inducentibus hæc aduerbia uſurpabant/ut infra.

Amariter pro amare	Rariter pro raro	Immēſum pro imēſe
Amiciter pro amice	Ruſticatim pro ruſtice	Facile pro faciliter
Ampliciter ꝓ ample	Strictim pro ſtricte	Difficile pro difficulter
Benigniter ꝓ benigne	Reſtrictim ꝓ reſtricte	Caduciter pro caduce
Blanditer pro blāde	Simulter pro ſimiliter	Proſperiter ꝓ proſpe
Celere pro celeriter	Simitu pro ſimul	Suaue pro ſuauiter
Celeratim ꝓ celerāter	Sollēnitus ꝓ ſollēniter	Dulce pro dulciter
Celerāter ꝓ celeriter	Siplicitus ꝓ ſimpliciter	Graue pro grauiter
Cōtēptim ꝓ contēnēter	Seueriter pro ſeuere	Moderāter ꝓ moderate
Cautim pro caute	Sæuiter pro Sæue	Perſpicace ꝓ pſpicaciter
Dubitatim ꝓ dubitāter	Sæuum pro ſæuiter	imortalitꝰ ꝓ imortalit̃
Duriter pro dure	Saniter pro ſane	Abundāter pro abūde
Enixim pro enixe	Temeriter pro temere	Inane pro inaniter
Aequiter pro æque	Toruiter pro torue	Planiter pro plane
Fortūati ꝓ fortunate	Verecūditer ꝓ uerēcūde	Cogitati ꝓ cogitate teſte.F.
Faſtidiliter ꝓ faſtidioſe	Perplexim ꝓ perplexe	Diſerti ꝓ diſ̄te/teſte.F.
Feſtiuiter pro feſtiue	Exqſitim pro exquiſite	His adiūgeř poſſumus/
Firmiter pro firme	Furtim pro furtiue	Parciter pro parce
Fidele pro fideliter	Indiſcriati ꝓ idifferēter	Torpiter pro torpēter
Feſtinatim ꝓ feſtināter	Paulatim pro paulatie	Dapſile pro dapſiliter
Feſtinanter pro feſtine	Tholuti ꝓ uolubiliter	Proprium ꝓ proprie
Futile pro futiliter	Efflictim pro uehemēter	Proteruiter pro ꝓterue
Humāitus ꝓ hūaniter	Cōmunitus pro coiter	Præclariter pro præclare
Humaniter ꝓ humane	Sublime ꝓ ſublimiter	Priuatim pro priuate
Inſanum pro inſane	Hilare ꝓ hilariter	Separatim pro ſeparate
Inſaniter pro inſane	Memor̄ pro memoriter	Segregatim ꝓ ſegregate
Immane ꝓ imaniter	Mutuiter ꝓ mutuo	Diſſimulati ꝓ diſſimulāter
Iactuoſe pro iactāter	Lōginque pro lōgiter	Diſſimulāter ꝓ diſſimulate
Inimiciter ꝓ inimice	Longiter pro longe	Minutim pro minute
Ignauiter ꝓ ignaue	Meſtiter pro meſte	Minutatim pro minutate
Largitus pro largiter	Munditer pro munde	Semotim pro ſemote
Feſtus Largiter pro large	Miſeriter pro miſere	Remotim pro remote
Feſtus Propatim ꝓ propāter	Probiter pro probe	Simulatim pro ſimulāter
Propiter pro prope	Publicitus pro publice	Simulanter ꝓ ſimulate
Primitus pro primū	Puriter pro pure	Raptim pro feſtinanter
Primiter pro prime	Aſperiter pro aſpere	Curſim ꝗ curendo
Rarenter pro rare	Superbiter pro ſupbe	Saltim ꝗ ſaltando
		Saltem coniunctio eſt.

Statim prima ſyllaba correpta/ſignificat cito: prima autem producta/per/
Terētius ſeuerāter/uel æqualiter. Terentius in adelphis. Bina talenta capiebat ſtatim.
Plautus Plautus in amphitrione. Nec recedit loco/quin ſtatim rem gerat.

De quibuſdam nominibus pro aduerbiis poſitis.

Sunt plæraqꝫ nomina appellatiua/quæ in genitiuo pro aduerbiis proferūtur/
Priſciāus teſte Priſciano tractatu de aduerbio/quemadmodum & propria locorū nomina primi/& ſecundi ordinis: ut humi/belli/domi/militiæ: ſicut Nouariæ/ Mediolani. Quæ autem tertiæ ſunt declinationis locorum proria/per ablatiuum proferuntur: ut ſum Carthagine. Inueniūtur etiam appellatiua quædā per datiuum pro ablatiuo prolata: ut ruri/luci/ueſperi.

De non/ne/nec/neqꝫ/ni/niſi/nunq̄: & de duabus/& tribus negationibus.

Dicere poſſumus/timeo/metuo/uereor/ne hic moriatur: uel ut moriatur: uel ut
Hierōymus ne moriatur/pro ut non moriatur. Hieronymus in geneſi capitulo .xxvii. Ti/
Cicero meo ne putet me ſibi uoluiſſe illudere. Cicero. Metuo ut ne pereat. Terētius.
Terētius Apprime in uita utile/ut ne quid nimis/pro ut non quid. Simili quoqꝫ mo/

Laurentius	do dici potest:caue facias hoc:uel caue ut facias hoc:uel(quod Laurentius im
Propertius	probat)caue ne facias hoc. Proptius. Tu caue ne tristi cupias pugnare puel/
Horatius	læ. Horatius sermone. xiiii. Tu caue ne minuas:tu ne maius facias id. Non ue
Virgilius	ni/& ne ueni/utroq; modo loqmur. Virgili9.ne sæui magna sacerdos. Et rur
Virgilius	sum.ne quæso absistite ferro. Nõnunq̃ ne ponitur pro ualde/testibus Dona/
Donatus	to sup Andriã Terẽtii/& Prisciano tractatu de aduerbio:quod tñ Laurẽtius
Prisciãus	iprobat. Quãdoq; ne pro neq; accipitur:ut Cicero in inuectiuis. Ne dici qui/
Laurentius	dem opus est/quanta diminuctione ciuium. Lucanus libro primo. Ne se Ro
Cicero	ma ferens/pro neq;. Aliquãdo ne pro an dubitatiue sumitur:ut est apud Vir
Lucanus	gilium Iustitiæ ne prius mirer/belliue laborum. Aliquãdo iterrogatiue simul
Virgilius	& dubitatiue. Terentius.daturne illa hodie Pamphilo nuptum? Nonnũq̃ næ
Terẽtius	significat id quod utiq;:sed tunc cum æ diphthongo annotatur/producta q/
Horatius	dem naturaliter. Horatius. Clarus erit/fortis/iustus/sapiensnæ etiam rex. Vbi
	chalcographi litterarum ingari/que pro næ impresserunt. Sed codices manu
Prisciãus	scripti/næ habent:quod etiam Priscianus anotauit. Quod autem hic correp/
	ta ponitur/hoc fit propter sequentem uocalem. Nam diphthongus ipsa per
Virgilius	synalœpham abiicitur. Virgilius tamen corripuit/quom ait. Tanta næ me te
Seruius	nuit uidendi nate uoluptas:idest utiq;/interprete Seruio. Rursũ ne/nec/ne/
Prisciãus	q;/pro saltem ponuntur/teste Prisciano/tractatu de coniunctione:cuius exẽ/
	plum ẽ. Nec unam horam auarus negligit lucrum:et neq; pius iustitiam:hoc
	est/saltem unam horam auarus lucrum negligit:& saltem unam horam pius
Salustius	negligit iustitiam. Salustius in Catilina. Quippe secundæ res sapientium ani
	mos fatigant:ne illi corruptis moribus uictoriæ temperarent:idest saltem tẽ
Priscianus	perarent. Necne quoq; pro annon/teste Prisciano tractatu de coniunctione
Virgilius	usurpatur:cuius exemplum est. Vt sit sensus in morte/necne prodest recte ui/
	uere? Ni pro nisi. Virgilius. Iamq; dies(ni fallor)adest/quem semper acerbũ/
	Semper honoratum(sic dii uoluistis)habebo. Ni etiam pro ne ponitur/teste
Donatus	in Virgilium Donato super illum locum:Ni teneãt cursum. Nunq̃ significat
Donatus	non unq̃:& quandoq; pro non ponitur/teste Donato in Terentium/dicen/
Virgilius	te etiam Virgilio.nunq̃ omnes hodie moriemur inulti/pro non. Congrue di
	ci potest. Nescis nec in pace/nec in bello uiuere:uel sic.nec in pace/nec in bel
Marcellus	lo/scis uiuere. Duæ negationes(inquiunt grãmatici)unam faciunt affirmati/
Varro	onem(ait Marcellus)cum Marcus Varro duas pro una negationes posuerit/
Donatus	quom dixit libro de uita patrum secundo. Qua abstinentia uiri/mulieresq;
Terẽtius	Romanæ fuerint/ꝙ a rege munera/eorum noluerit nemo accipere. Rursũ
	tres negationes/teste Donato super Andriam Terentii/pro una ponuntur/
	dicente in eadem Terentio. Neq; tu haud dicas tibi non prædictum:hoc est/
Salustius	tu neq; haud nõ tibi prædictũ dicas. Salustius. Haud ipũe neq; iultus occidit.

De pridie/& postridie.

Cicero	Pridie/& postridie/genitiuo iungitur:& accusatiuo. Cicero ad Lentulum. Iam
Cicero	illam sententiam Bibuli de tribus legatis pridie eius diei fregeramus. Idem
Cicero	ad Cœlium. Proficiscebar inde pridies nona quintiles. Idem ad Appium.
Liuius	Hæc scripsi postridie eius diei/cum castra haberem Mosestiæ. Liuius libro
	vi. Etiã postridie idus supsederi iussit. Neq; significat postridie post tres dies:
Vgutio	ut Vgutio/& Catholicon/inerudite interpretati sunt:sed teste Seruio/postri
Seruius	die dicitur p syncopam quasi postera die:hoc est quasi cras non præsentis di/
	ei:sed cuiusdã alterius aut præteriti/aut futuri:ut postridie q̃ pater obiit epu/
Terẽtius	lum feci. Terẽtius ĩ Andria. Venit Chremes postridie ad me clamitãs. Augusti
Augustinus	nus de ciutate dei li.xii.capi.xii. Ipse deniq; p̃mus homo/uel postridie/uel eo
	dem die/posteaq̃ factus est/potuit inquirere/cur non ante sit factus.

De nonnullis comparatiuis/superlatiuisq; aduerbiis/ accusatiuo seruientibus.

	Cõparatiua aduerbia/& superlatiua/præter suam cõstructiõem ablaui casus/&
Laurentius	genitiui/ut scribo melius te/& optime omnium/aliquando accusatiuo defer
Cicero	uiunt/utiq; ea/quæ a præpositionibus ueniũt:quod etiã Laurẽtius tradit. Ci
	cero ad Octauianũ. Cum castra medio itinere longius aduersariorum castris/

Gellius & propius urbem mouerentur. Gellius libro decioq̃nto noctium atticarũ.
Saluſtius Quercũ uidit proxime uiam/patulis in parte ramis hiantem. Saluſtius. Pro
Priſcianus xime Hiſpaniam Mauri ſunt. Nec hæc regere datiuum poſſũt/ut Priſcianus
ineruditе/& inepte uoluit: quale dicit eſſe illud Virgilii/propius ſtabulis ar/
Virgilius menta tenerent. Hic enim datiuus nõ natura cõparatiui regitur: ſed ipſius no
minis: non aliter/q̃ ſi dicas. Nauigo te propinquius terræ.

De diequarti/& diequarte.

Gellius Dicere poſſumus/teſte Gellio libro nono noctiũ atticarũ/& hoc frequẽter uſur
pant auctores: diecraſtini/& diecraſtine/diepriſtini/& diepriſtine: dieproxi/
mi/& dieproxime: dietertii/& dietertie: diequarti/& diequarte: diequinti/&
diequinte: pro die craſtino/priſtino/proximo/tertio/quarto/quinto: & id
quidem (ut ait) pro aduerbio copulate dictũ eſt: ſecũdaq; in eo ſyllaba corri/
Macrobius pitur. Verũ Macrobius in ſaturnalibus/hoc differẽtiæ eſſe dixit: ꝙ dicendo
diequarto/de præterito intelligatur/diequarte aũt/uel diequarti/de futuro:
Cato ut eſt apud Catonem in originibus. Mitte Romã mecum equitatum: diequi
Marcellus ti in capitolio tibi cœna cocta erit. Idem & Marcellus confirmauit.

De alias/& partim.

Dicimus/omnes ciues/alias boni/alias mali: nunq̃ eiſdẽ ſunt moribus. Dicimus
Gellius etiã teſte in noctibus atticis Gellio/partim hominum uenerunt. Et eſt idẽ qđ
pars hominũ: hoc eſt quidam homines. Nã (ut ait) partim hoc loco aduerbiũ
eſt: neq; inclinatur caſus: ſicut & cũ partim hominũ dici põt: ideſt cum quibuſ
dam hominibus: & quaſi quadam parte hominũ. Sed hoc nũc eſt ſplẽdidius/
Cicero quom in oratione fuerit additũ (ut eſt illud Cicerõis ad Valeriũ iuriſcõſultũ)
q̃q̃ qui iſtinc ueniũt/partim te ſuperbũ eſſe dicũt/ꝙ nil reſpondeas: partim
contumelioſum/q; male reſpondeas. Et qui ciuitatibus præſunt/partim no/
biles ſunt: partim populares: ideſt aliqui nobiles ſunt: aliqui populares.

De age/agedum/agite.

Laurentius Age/agedum/agite/tam pluralẽ/q̃ ſingularẽ numerũ deſyderant: etſi Lauren/
Virgilius tius ſingularẽ tantũ age/agite aũt ſolũ pluralem expetere dixerit. Virgilius.
Virgilius Eia age rumpe moras: uariũ/& mutabile ſemper Fœmina. Idẽ georgicorum
primo. ergo age terræ. Pingue ſolũ primis extemplo a menſibus anni Fortes
Statius iuentãt tauri. Statius libro thæbaidos decimo. Ite age: & obſeſſis uigilem cir/
Valerius cundate flamam. Valerius Flaccus li. iii. Vos age phuneras ad litora uoluite ſil
Sylius uas. Sylius li. xiii. Ergo age qua litui/qua ducunt bella/ſequamur. Horatius
Horatius ſermone. xiii. Tu ceſſas: agendũ ſume hoc ptiſanariũ oryzæ. Cicero. Agedũ cõ
Cicero ferte nunc cũ illis uitã. Valerius Flaccus li. ſecũdo. Quare agite o ſocii micat
Valerius immutabile cælũ. Lucanus li. viii. Quare agite eoum/comites properemus
Lucanus in orbem.

De en/& ecce: & o prolata/uel omiſſa.

Virgilius En/& ecce/nõiatiuo/& accuſatiuo/iũgi poſſũt. Virgilius. En Priamus: ſũt hic ẽt
Iuuenalis ſua præmia laudi. Iuuenalis. En habitũ/quo te leges/& iura ferentẽ. Hiero ny
Hierõymus mus in Heſaia. Ecce ego/mitte me. Et in actibus apl'oꝝ. Anania. At ille ait. Ec/
Virgilius ce ego dñe. Virgilius. Ecce duas tibi Daphni: duoq; altaria Phœbo. O qñq;
Lucanus profertur: qñq; nõ: & ntõ/& accuſatiuo iungitur. Lucanus li. vii. O fœlix ſi te
Virgilius uel ſic tua Roma uideret. Virgilius. O fortunati/quoꝝ iã mœnia ſurgũt. Ho
Horatius ratius in arte pœtica. o ego leuis Qui purgo bilẽ ſub uerni tpris horã. Et ad
Romãos cap. vii. legitur. Infœlix ego hõ/q̃s me liberabit de corpore mortis
Cicero huius. Cicero. O uariã/uolucreq; fortunã: Idẽ. O miſerã conditionẽ admini/
Cicero ſtrãdi cõſulatus. Ouidius li. metamor. x. Me miſerã/ꝙ nõ naſci mihi cõtigit
Ouidius illic. Cicero in Antoniũ. Indignũ facinus/& hoiem neq̃ qui nõ dubitaret uel
Cicero in foro alea ludere. Valerius Maximus li. iii. Sine ullis imaginibus nobilem
Valerius animum.

De ac/& atq; pro q̃: & de ac/& acſi pro tanq̃: & de æque pro ita/uel tam.

Gellius Atq;/teſte ĩ noctibus atticis Gellio/cõiũctio ẽ cõnexiua: & nonnunq̃ pro ad/
Cicero uerbio q̃ ponitur: ut ſi dicas. Aliter ego feci/atque tu: ideſt q̃ tu. Cicero ad
Curionem. Sed aliter/atq; oſtenderam facio: hoc eſt aliter q̃ oſtenderam. Te
Terentius rentius in Phormione. Simili utamur fortuna/atq; uſi ſumus. Virgilius libro

Virgilius æn eidos tertio. Haud secus ac iussi faciunt. Ac/& acsi/pro tanq̃: ut si dicas.
Cicero Veneror hunc ac uel acsi patrem: idest tanq̃ patrem. Aeque te laudo/ac Cice
ronem: ut Cicero ipse ad Curionem. Me certe habebis/cui charus æque sis/
& per iucundus/ac fuisti patri.

De coniunctione uel.

Vel coniunctio est disiunctiua: ut uel scribam: uel ad te ueniam: quandoq; copu
latiua: ut maxime me tibi amicum facit uel uirtus/uel doctrina tua. Aliquan/
Terentius do pro etiam ponitur. Terentius in eunucho. Vel rex semper mihi maximas
Virgilius gratias agebat/pro etiam. Virgilius. Vel Priamo miseranda manus/pro et.
Lucanus Nonnunq̃ diminutionem signat. Lucanus libro septimo. O fœlix si te uel sic
Priscianus tua Roma uideret. Quandoq; pro ualde accipit/teste Prisciano. Cicero pro
Cicero Muræna. Vel maximum bellum populum Romanum cum rege Antiocho
gessisse/pro ualde maximum.

Nestoris Dionysii Nouariensis liber octauus fœliciter incipit.

COmposita cum γἕροσ/quod apud nos genus indicat/ge syl/
Horatius labam corripiunt. Horatius sermone tertio. Vt q̃uis tacet Her
Martialis mogenes/cantor tamen/atq;. Martialis in xeniis. Hermoge/
Ausonius Mantile e mensa surripit Hermogenes. Ausonius. Diogenes nes
Virgilius obiit: nõ obiit: sed abit. Cũ i latino scribitur. Virgi. i buccolicis. Diogenes
Martialis Non tulit Antigenes: & erat tam dignus amari. Cum t exili/& i latino scribi Antigenes
Iuuenalis tur. Martialis. Menogenen oi tu licet arte uelis. Iuuenalis. tunc corpore sano Menogenes
Iuuenalis Aduocat Archigenem. Cum ch aspirato/& i latino scribitur. Iuuenalis satyra Archigenes
tertia. Protogenes aliquis/uel diphilus/aut erimantus. Hic etsi pro proprio Protogenes
Gellius uiri nomine non accipiatur/fuit tamen pictoris eximii proprium nomen/te
Petrus ste Gellio libro. xv. Cum t exili/scribitur. Quare errauit Petrus Riga/quom
dixit i Luca. Scripsit Origenes/q; non tenebrosa fuerunt. Origenes cum i lati Origenes
no scribitur.
Ouidius Composita cum βαΤησ/quod est ambulans/ba syllabam corripiunt. Ouidius
Iuuenalis heroidum. Eurybati data sum/Talthybioq; comes. Cum y græco scribitur. Eurybates
Iuuenalis satyra tertia. Augur/schœnobates/medicus/magus/omnia nouit: Schœnoba
idest funiambulus. Cum ch aspirato/& œ diphthongo annotatur. tes
Composita cum Τελοσ/quod apud nos finem signare habet/te syllabam cor/
Ouidius ripiunt. Ouidius qui de uetula inscribitur/si tñ codex non mentitur auctoré.
Iuuenalis Inquit Aristoteles græcorum philosophorum. Iuuenalis satyra secunda. Aristoteles
Carolus Si quis Aristotelem. Carolus Arretinus ad Cyriacum.
Antonius Pyrgotelem gẽmis/Mentoraq; in pateris. Cum y græco scribitur. Antonius Pyrgoteles
Carolus Panormita. Aemula Praxitelis quam tulit apta manus. Carolus Arretinus. Praxiteles
Gallus Praxitelesq; Cnidi rursus te marmore signet. Cornelius Gallus. Praxitelis ma
Papinius nibus uiuo iterum Niobe. Papinius libro siluarum tertio. Praxiteles quod
ebur Pisæo pollice rasum.
Composita cum σθερυοσ/quod cum th aspirato scribitur/& apud nos robur si/ Demosthe
Iuuenalis gnificat/siue ualentiam/sthe syllabam corripiunt. Iuuenalis satyra decima. nes
Eloquium/aut famam Demosthenes/& Ciceronis. Xenocrates
Composita cum κραΤοσ/quod cum c/& t exilibus scribitur/& apud nos robur Menecrates
Macer dicit/siue imperiũ/cra syllabã corripiũt. Macer de uiribus hærbarũ. Xenocra Hermocra/
Papinius tes scripsit totidẽ cessare diebus. Papinius li. siluarũ. iiii. Parthenope clari ge tes
Martialis nus ecce Menecratis auget. Martialis. In sõnis medicũ uiderat Hermocratẽ. Hippocrates
Martialis Idẽ. Os hoĩs mulsũ me rogat Hippocrates. Cũ i latino/& gemio p scribitur. Harpocrates
Catullus Catullus. Vxorẽ/ac patruũ reddidit Harpocratẽ. Lucillius li. xvii. Villicũ Ari Aristocrates
Lucillius stocratem/mediastinum/atq; bubulcum. Callistratus
Martialis Composita cum σΤραΤοσ/quod significat exercitium/stra syllabam corri Chærestra/
Martialis piunt. Martialis. Sum (fateor) semperq; fui Callistrate pauper. Cum gemi/ tus
Martialis no l/& i latino scribitur. Martialis. Quadringenta tibi non sunt Chæ/ Philostratus
restrate semper. Cum ch aspirato/& æ diphthongo scribitur. Martialis. Sostratus,

Iuuenalis A Sinuessanis conuiua Philostratus undis. Cum ph/& i latino/& unico l scri
bitur. Iuuenalis satyra decia. Prandente/& madidis cātat quæ Sostratus alis.
Iuuenalis Composita cum δῶρον/quod apud nos donum significare habet/do syllabā
producūt. Iuuenalis satyra sexta. Tonsoris tantū damno rapit Heliodorus. Heliodo
Horatius Horatius sermone quinto. Hospitio modico rhætor comes Heliodorus. rus
Pantheon Quare errauit Pantheon/quom dixit. Corpus Heliodori fodiunt: abeuntq;
Virgilius latenter. Virgilius libro æneidos tertio. Nam Polydorus ego. Et iterum. Po Polydorus
Virgilius lydorum obtruncat Hydaspes. Cum unico l/& y græco scribitur. Iuuenalis
Iuuenalis satyra septima. Lautorum pueros/artem scindens Theodori. Martialis. Theodorus
Martialis Pierios uatis Theodori flama penates. Cum th aspirato scribitur. Martialis. Calliodorus
Martialis Calliodorus habet censum (quis nescit) equestrem. Idem. Pinxisti Venerem/
Martialis colis Artemidore Mineruam. Idem. Artemidorus amat: Calliodorus arat. Artemido/
Martialis Artemidorus cum t exili/& i latino scribitur. Callidorus cum duplicato l/& rus
Strabo Oreo Eubœæ ciuitate in qua Orion educatus fertur/nomen accepisse affirmat. Oreus uero/ab eo qui est ὄρος mons denominatur. Hic deinde maxiẽ excrescens/uenator magnus euasis:quem sibi comitem delia fecit. Et(ut idem in fastis ait Ouidius)Ille deæ custos/ille satelles erat. Itaq; uenãdi artificio ela
Ouidius tus/ausus est dicere/nullum gigni posse animal quod non ipse superaret. Ob quod/uolentibus diis/emisit terra paruum animal/scorpiõ scilicet:a quo su/
Lucanus peratus occubuit/dicente Lucano libro nono.
Ille minax nodis/& recto uerbere sæuus/scilicet scorpius/Teste tulit cælo uicti decus Orionis. Et dixit/teste cælo/quia & orion/&scorpius ille ad cælum
Callimachus tracti fuere. Tentauit hic etiam Dianam uitiare/teste Callimacho:ob quod il
Horatius lum ab ea sagittis confixum dixit. Quod & Horatius tetigit i tertio carminũ/quom ait. Tentator Orion Dianæ
Sylius Virginea domitus sagitta. Sylius libro. xi. Sidacinaq; bella remorunt. Virgili Remorũt
Virgilius us libro æneidos quarto. Caucasus/Hyrcanæq; admorunt ubera tigres. Nã
Virgilius sicut excepit noram/ita & moram demere debuit. Virgilius li. æneidos .xii. quos ipsa dedit decus Orithyia. Cum i latino in secunda/& th aspirato/& y Orithyia græco/sequente i latino scribitur. Puella fuit pulcherrima:quam Boreas ra/
Eusebius puit/teste Eusebio.

Alexander. O super s longa Eximitur posui præteritũ a pono ponis: Cosæ: Pro/
Virgilius symna: Osiris: Cosira. Virgilius libro æneidos quinto. Sed finẽ imposuit pu/ Posui
Virgilius gnæ. Idem libro æneidos decimo. Cosæ
Seruius Quiq; urbem liquere Cosas/quis tæla sagittæ. Vrbs est Tusciæ/teste Seruio.
Statius Statius libro thæbaidos quarto. Hinc armat arista uiros: hinc celsa Prosym
Lactantius na. Ciuitas est Argiuorum/teste Lactantio grammatico. Si tamen dictio ẽ cõ Prosymna posita ex πρὸς/quod est ad/& ὕμνος/quod est canticum/uel laus/non cõtinetur sub hac regula:quia pros syllaba prima/in s terminatur:non in o: ut
Diodorus præsupponit regula. Osiris huius osiris/uel osiridis/cum i latio utrobiq;/fuit Osiris
Lucanus Iouis filius/ex Niobe filia Phoronei:etsi illum Aegyptũ fuisse longo processu referat Diodorus libro historiarum primo. Lucanus libro nono. Et tectũ
Horatius lino spargã per uulgus Osirim. Horatius in epistolis. licet illi plurima manet
Tibullus Lachryma/per sanctum dicat iuratus Osirim. Tibullus.
Iuuenalis Primus aratra manu sollerti fecit Osiris. Iuuenalis satyra sexta
Tortellius Scilicet & tenui popano corruptus Osiris. Vbi Tortellius legit pepono
Suidas pro penope: sed fallitur. Nam popanum genus est placentæ tenuis:ut apud

Græcos teſtis eſt Suidas. Coſira/inſula eſt Aphricæ/& eiuſdem nominis urbs Coſira
Ptolemæus in ea/teſte Ptolemæo. Plinius tamen libro tertio naturalis hiſtoriæ/dicit eſſe
Plinius inſulam in mari Siculo. Et primam ſyllabam indifferentem habet. Ouidius li
Ouidius bro faſtorum tertio. Fertilis eſt Melite/ſterili uicina Coſiræ. Sylius libro. xiiii.
Sylius Et bellare Thabas docilis/Coſiraq; parua.
Alexander. roſa demitur: atq; proſeucha: Et doſis: & proſa. Proſeucha cum ch Proſeucha
aſpirato/non continetur ſub hac regula: quia prima ſyllaba in ſ terminatur:
ut de conſimili diximus dictione Proſymna. Nam προσευχη/dicitur apud
Iuuenalis Græcos oratio/quæ ad deum funditur/dicta quaſi προσεχη: quia attentiõe
opus ſit. προσεχω enim/idem eſt quod attendo/intendo/uel adhibeo. A Iu
uenale tamen uidetur pro eo loco poni/ubi precibus/& obſecrationibus/ali
qui a tranſeuntibus medicabant/quom ait ſatyra tertia. in qua te quæro Pro
Auſonius ſeucha. Proſa apud Auſonium primam producit ſyllabam. Ait enim. Proſa
Gualfredus Aſiæ in cauſis numeros imitata chororum. Gualfredus in arte poætica. Legi/ Proſa
bus artatur metrum: ſed proſa uagatur.
Alexander. O ſuper t breuis eſt. Excipitur lotos: & noteſco. Lotos huius loti/& Lotos
Vgutio lotis huius lotidis declinari poteſt. Neq; cum e in prima ſyllaba/hoc eſt letos Lotis
ſcribitur/ut uocabulorum corruptor ſcribi præcipit Vgutio. Sed neq; a λήθη
quæ eſt obliuio/quod cum th aſpirato ſcribitur/cum t exili Lotos deſcendit/
Vgutio ut Vgutio ſomniauit. Proprium fuit nymphæ nomen in arborem ſui nomi/
Martialis nis conuerſæ/teſte Ouidio. Martialis. Nec plus lotos aquas/litora myrtus
Ouidius amat. Ouidius libro metamor. x. Amnicolæq; ſimul ſalices/& aquatica lotos.
Sappho Sappho ad Phaonem. Quẽ ſupra ramos expandit aquatica lotos. Virgilius
Virgilius georgi. ſecundo. Nec ſalici/lotoq;/nec Idæis cypariſſis. dicitur teſte Seruio fa
Seruius ba Syriaca. Eſt autẽ arbor hæc tibiis aptiſſima: quare a Propertio/& Sylio/
Propertius pro tibia uſurpatur. Lotos item/genus eſt hærbæ. Vnde Plinius libro. xxii. na
Sylius turalis hiſtoriæ/ait. Qui arborem tantum/Lotum putant/Homero auctore
Plinius argui poſſunt. Is enim inter hærbas ſubnaſcentes deorum uoluptati/lotũ pri
Homerus mã nominauit: & maſculino protulit genere dicens odyſſeæ iiii. ευρέοσ ὧ ερι
Propertius μερ λωτοσ πολυσ. Hæc a nonnullis trifolium tranſfertur. Propertius. Noteſco
Lucanus Nec minus hæc noſtri noteſcet fama ſepulcri. Lucanus libro quinto. Cum ua
riis proiecta locis/a Cæſare poſſim Vel fugiente rapi/noteſcent litora clari
Lucanus Nominis exilio. Idem libro decimo. Hoc opus/& ſacras populis noteſcere
Ouidius gentes. Sic & notifico primam producit. Ouidius libro primo de ponto/Atq;
modum pœnæ notificare meæ.
Alexander. ſed demis dos dotis: potoq;: cotis: Quottidie. Quottidie/teſte Quin Notifico
Quintilianus tiliano/dictum eſt/quaſi quota die. Et quia quotus primam corripit ſyllabã/ Quottidie
Martialis ut eſt apud Martialem/Scis quota de Libyco litore puppis eat/quottidie uero Cottidie
illam producit/placuit auctoribus unum t interponere/ut prima poſitione
Victorinus geminati t/produci poſſit. Victorinus autem/cum c in initio cottidie ſcribi
præcipit/hac (ut puto) ex cauſa/quia apud antiquos q littera non erat in uſu.
Nigidius Vnde Nigidium Figulum comperimus/quartum ex Papyriano haberi põt/
Papyrianus nunq̃ in ſuis commentariis k/nec q/fuiſſe uſum.
Alexander. Producens etiam ſi præſit conſona bina. Excipitur crotalum: & Cro Crotalũ
Tortellius ton. Crotalũ cũ c/& t exilibus/inſtrumentum eſt (ut iterpretatur Tortellius)
muſicũ: quo utebantur Aegyptii in ſollẽnitatibus deorũ. Quod ẽt (ut ait) a qui
Domitius buſdã græcis pro plauſtro ponitur. At uero Domitius in Martialem/dicit
crotala eſſe grãdiores margaritas ex conchis: quæ addebantur auribus mulie
Virgilius rum: ut ſonitu delectarẽt. Virgilius in copa. Copa Syriſca caput Graia redi/
Virgilius mita mitella/Criſpũ ſub crotalo docta mouere latus. Idem in Priapea.
Sylius Cimbala cum crotalis pruriginis arma Priapo. Sylius li. xi. patefecit amicas
Ouidius Alta Croton portas. Ouidius libro. xv. metamorphoſeos. nec inhoſpita tecta
Ptolemæus Crotõis. Vrbs ẽ in ſinu Tarẽtino/teſte Ptolemæo. Et cũ c/& t exilibus ſcribit. Croton
Alexander. Sed breuiare protos: & ab illo ſumpta ſolemus:
Atq; proteruus: item Proton. πρωτον cum ω mega in prima ſyllaba/ Proton

Marcialis ſequente t exili apud Græcos ſcribitur:apud quos prima producitur.Quod Prototomi
etiam obſeruauit Martialis/dicens.
Et faba fabrorum/prototomiqꝫ rudes.Prototomi/primi appellantur caules Protogenes
Columela qui ſucciduntur.Vnde Columela libro.xi.ait.
Iuuenalis Sed iam Prototomos tempus decidere caules.Iuuenalis ſatyra tertia.
Protogenes aliquis/uel diphilus/aut erimantus:hoc eſt aliquis primi generis.
Homerus Homerus in initio batrachomyomachiæ. ἀρχομενοσ πρῶτον μουσῶν
χορον ἐξ ἑλικῶνοσ.
Alexander.O ſuper u breuies.Excipitur prouoco:prouoluo:& proucho.Nam Prouoco
Lucanns ſicut exemit prouincia/prouidus/prouentus/ita hæc tria demere debuit.Lu Prouoluo
Virgilius canus.Nec placet incertum qui prouocat æquora delphin.Virgilius li.æneí. Proucho
tertio.Prouehor/& fando ſurgentes demoror auſtros.
Martialis Alexander.Ante b fit breuis u.Excipitur ſubula:& iubilum.Martialis.
Quodqꝫ tibi tribuit ſubula/ſica rapit.Inſtrumentum eſt cerdonum.Subuccu Subula
la autem primam corripit ſyllabam.Horatius epiſtola prima.O cur rideres Subuccula
Horatius ſi forte ſubuccula pexæ.Genus eſt ueſtimenti/teſte Nonio.Varro de uita pa/
Nonius trum.Poſteaq̃ binas tunicas habere cœperunt/inſtituerunt uocare ſubucculã/
Varro & induſium.Subuccula item/genus ẽ libi/teſte Feſto.Subulo lingua tuſca ti Subulo
Feſtus biicen uocatur/ut idem ſcribit Feſtus.Sylius libro decimoquarto.
Feſtus Et lætus ſcopulis audiuit iubila cyclops.Iubilare proprie(ut ſcribit Feſtus)ẽ Iubilum
Sylius ruſtica uoce clamare:hoc eſt confuſo clamore:qualis in caſtris fieri conſueuit.
Feſtus Lubrico etiam(ut opinor)primam producit/Prudentius.Lubricat incertus Lubrico
Prudentius dubia ſub imagie uiſus.Iuuẽalis.Qui Lacedæmõio pitiſmate lubricat orbẽ.
Iuuenalis Alexander.Excipias tuber:rubigo.Tuber neutri generis/primam producit ſyl/ Tuber
Iuuenalis labam:maſculini autem/corripit.Iuuenalis.Fumat aper:poſt hunc raduntur
Plinius tubera.Genus eſt fungorum:uel(ut Plinius ſcribit)tubera undiqꝫ terra circũ/
data/nulliſqꝫ fibris nixa/aut ſaltem cappillamentis/nec utiqꝫ extuberante in
quo gignuntur loco/aut rimam ingerente/neqꝫ ipſa terræ cohærent: cortice
etiam includuntur: ut plane nec terram eſſe poſſimus dicere: neqꝫ aliud/q̃
terræ callum.Martialis in apophoretis.Non tibi de Lybicis tuberes/& apiri
Martialis na ramis.Genus eſt pomorum.Et in utroqꝫ ſignificato cum t exili ſcribitur.
Rubigo/ferri uitium eſt/& ſegetum:ac etiam(ut dixit Seruius ſecundũ Var/ Rubigo
Seruius ronem)uitium obſcænæ libidinis:quod hulcus uocatur. Et primam ſyllabã
Varro indifferentem habet.Horatius in ſermonibus.Iuppiter ut pereat poſitũ rubi/
Horatius gine ferrum.Virgilius georgi.primo.Exeſa inuenies ſcabra rubigine pila.
Virgilius Prudentius in pſycomachia.Condere uagina gladium/ne tecta rubigo.Mar/
Prudentius tialis.Vteris ore aliter:nimiaqꝫ rubigine captus/Allatras nomen quod tibi
Martialis cunqꝫ datum eſt.
Alexander.Ante c longa fit u/ceu duco.Duco ducis tertiæ coniugationis/pri/ Duco
mam quidem(ut recte hic auctor tradit)producit ſyllabam:ſed primæ coniu
Virgilius gationis duco ducas/du ſyllabam corripit.Virgilius libro æneidos ſexto.
Virgilius Educet ſiluis regem:regumqꝫ parentem.Idem libro æneidos ſexto.Quattuor
hic iuuenes/totidẽ quos educat Vpheus.Mucro ẽt primã naturaliter corripit.
Alexander.Etſi præponas n/c/aut r/breuiabis.Excipitur cucurio: & cucubo. Cucurio
Ouidius Ouidius qui de Philomela inſcribitur.Cucurire ſolet gallus:gallia gracillat. Cucubo
Ouidius Gallorum uerbum eſt/quom uoces edunt.Ouidius libro præfato.
Noctua lucifuga cucubat in tenebris.Noctuæ uoci accommodatum ẽ uerbũ.
Sylius Alexander.Ante d longa fit u/excipitur Tuder/uel Tudertum/oppidũ Italiæ. Tuder
Sylius libro quarto.Et gradiuicolam celſo de colle Tudertem.Contundo cõ Contudi
tundis tertiæ coniugationis/ex con/& tundo/facit in præterito cõtudi/tu ſyl
Horatius laba indifferenter poſita.Horatius epiſtolarum ſecundo.Speratũ meritis du
Ennius ram qui contudit hydram.Ennius in annalibus.uireſqꝫ ualentes Cõtudit cru
Priſcianus delis hyems.Quod etiam Priſcianus ipſe annotauit.
Alexãder.Deme rudẽtes:Et cudo.Cudo cudis primã ſyllabã ꝓducit.Virgilius
Virgilius i georgicis.Excudũt cæras:& mella tenacia figũt.Et facit ĩ præterito cuſi/ & cudi. Cudo

Alexander. V g produces. Rugio rugis (ut mea fert opinio) Primam producit: sed ī Ouidio de Philomela primam corripit: ubi sic habetur. Tigres indomitæ rancant: rugiuntq; leones. Verum (ut & alibi diximus) Ouidii uersus, non est Philomela. Buglossa etiam producit. & iuglans.

Ouidius

Alexander. V super l breuies. Excipitur diluchium: culus: culeus: pulex. Dulichium cum unico l, & i latino utrobiq;, & ch aspirato, insula est in Maliaco mari: a quo, fit Dulichius dulichia dulichium. Virgilius libro æneidos tertio. Dulichiūq;, Samosq;, & Neritos ardua saxis. Idem in Sileno. Dulichias uexasse rates. Culus cum unico l, notum est quid significat. Martialis. Cui præstas culum? quem Labiene Pilas? Virgilius in Priapea. Vt culum rugam non habuisse putes. Culeus (ut in ipsa dictione uidimus) cum unico l scribitur. Iuuenalis. Cuius supplicio non debuit una parari Simia: nec serpens unus: nec culeus unus. Pulex primam syllabam indifferentem habet. Ouidius qui de pulice inscribitur, si tamen codex non mentitur auctorem. Parue pulex, & amara lues, inimica puellis. Macer de uiribus hærbarum. Non metuet pulices: istoq; fugantur odore. Martialis. Defendit manus hæc scapulas, mordente molesto. Pulice: uel si quid pulice sordidius.

Dulichium — Virgilius — Virgilius — Martialis — Culus — Virgilius — Culeus — Iuuenalis — Ouidius — Pulex — Macer — Martialis

Alexander. Longa fit u super m. Excipitur rumex. Virgilius in moreto. Fæcundusq; rumex, maluæ, uiolæq; uirebant. Genus est hærbæ: ac etiam genus tæli, ut scripsit Festus: ut est apud Lucillium. Tum spara, tum rumices portantur: tragula porro.

Virgilius — Festus — Rumex — Lucillius

Alexander. Si præsit n, aut c, uel t, debes breuiare. Excipitur Cumæ pluralis numeri. Horatius in epistolis. non mihi Cumas Est iter: aut Baias. Iuuenalis. Laudo tamen uacuis q sedem figere Cumis Destinet. Vrbs est Campaniæ, teste Plinio: quæ & Cume huius cumes more græco declinari potest. Statius libro siluarum quinto. Collis, & Ausonii pridem laris hospita Cume.

Cumæ — Horatius — Cume — Iuuenalis — Plinius — Statius

Alexander. V super n longa. Excipitur cuniculus. Martialis in apophoretis. Gaudet in effossis habitare cuniculus antris. Animal est, lepori simile.

Martialis — Cuniculus

Alexander. V p corripitur: sed Iuppiter excipiat. Iuppiter cū duplicato p scribit dictus q̄si iuuans pater. Virgilius pauci quos æquus amauit Iuppiter. Nam quia iuuo iuuas primam corripit syllabam, ideo unum p interpositum est.

Iuppiter — Virgilius

Alexander. N præeunte, uel r, aut p, producere debes. Excipitur pupugi: & scrupulum. Pupugi præteritum est, a pungo, Alexandro ipso dicente. Pungo facit pupugi. Nicolaus in Homero libro iliados quinto. Aurea molliculam pupugit mala fibula dextram. Scrupulus, & scrupulum, declinari potest: primāq; syllabam indifferentem habet, ut uidimus sup regulā. Ante p longa fit i.

Pupugi — Nicolaus — Scrupulū

Alexander. V producatur super r. Excipitur Spurius: Cures: Curetes: Ausonius. Quiq; notas spuriis uersibus apposuit. Spurius proprie is dicitur, qui incerto patre natus est. Nam a σπείρειν, quod est seminare descendit: quia scilicet nihil aliud de patre, q̄ semen affert. Neq; ab eo qui est spurcus deducitur, ut cum Catholico Vgutio somniauit. Cures cum c exili, populi fuerunt Sabinorum. Persius. Diues arat Curibus quantum non miluus oberrat. Virgilius libro æneidos nono. Tatioq; seni Curibusue seueris. Curetes cum c & t exilibus, populi fuerunt Cretæ: qui una & Corybantes, infantem Iouem aluere. Sed cum temporis successu, relligionem prophanarent, ab ipso Ioue imbribus deleti sunt. Quorum templa cum deinde Iuppiter uacua, & sine honore cōspiceret. ex fungis pluuia natis, illos restituit, dicente Ouidio libro metamorpho. quarto. largoq; satos Curetas ab imbri: ubi prima syllaba producitur: quæ apud Lucanum correpta est. Sunt & alii eodem nomine populi Aetolis conuiciīi qui teste Homero libro iliados nono, cum ipsis Aetolis bellū gessere. Alios dixit Lucanus feroces populos in Dalmatia: Quos alit Adriaco tellus circūflua ponto. Et primam (ut diximus) syllabam corripuit, quom ait. Illic bellaci confisus gente Curetum. De Cretensibus intellexit Lucretius libro secundo, dicens. Dictæos referunt Curetes.

Ausonius — Spurius — Vgutio — Cures — Persius — Virgilius — Curetes — Ouidius — Homerus — Lucanus — Lucretius

Alexander. Longa fit u ſuper ſ. Excipitur. Fruſino huius Fruſinōis: quod quidē Fruſcino
Strabo oppidum eſt Italiæ: iuxta quod/ Coſas fluuius decurrit/ teſte Strabone. Syli/
Sylius us libro. xii. duris qua rupibus hærent
Iuuenalis Bellator Fruſino. Iuuēalis ſatyra. iii. Aut frabateriæ domus/ aut Fruſinōe paret.
Alexander. V t producunt diſyllaba. Et ſubdit. Quæ polyſyllaba ſunt cum pro/
Ouidius le ſua breuiantur. Excipitur buteo. Ouidius de Phylomela. Atq; paludiferis Buteo
buteo bubit aquis. Genus ē auis. Struthius ēt primam producit. Nam apud
græcos cum ου diphthongo ſcribitur.
Horatius Alexander. A breuis in mediis datur ante b. Excipitur Atabulus uentus. Horati Atabulus
us ſermone. v. Incipit ex illo montes apulia notos Oſtentare mihi: quos tor/
ret Atabulus: & quos.
Alexander. Ante c fit breuis a. Excipitur meracus: ſarracum: iracundus: paſtina/ Meracus
Perſius ca: portulaca/ cochlaca: Bænacus. Perſius. anticyras melior ſorbere meracas.
Propertius Propertius. Ah pereat quicunq; meracas repperit uuas. Horatius i epiſtolis.
Horatius Expulit Elleboro morbum/ bilemq; meraco. Dulce ſignificat/ ſiue purgato/ Sarracum
Iuuenalis rium. Saracum cum duplicato r/ genus eſt uehiculi. Iuuenalis ſatyra quinta.
Ptolemæus Frigida circuagunt pigri ſarraca bootæ. Sarraca/ nomen eſt duarum urbium Sarraca
Martialis teſte Ptolemæo: quarum una eſt in Media: alia in fœlici Arbia. Martialis. Nō Iracundus
Horatius iracundis fecit grauis unguibus uxor. Horatius in epiſtolis. Inuidus/ iracūdus/
Macer iners/ uinoſus/ amator. Macer de uiribus hærbarum. Et paſtinacæ uirtus in ſe/ Paſtinaca
Macer mine tm̄. Radix ē: & genus piſcis: q aliis noībus turt/ & trigō uocat. Macer de
uiribus hærbarum. Andraginis græce/ quæ portulaca latine Dicitur. Genus ē Portulaca
hærbæ. Cochlaca cum c exili in prima/ & ultima/ & ch aſpirato in media ſyl/ Cochlaca
laba ſcribitur: quā & producit. Exemplū tamen (fateor) metricum nō inueni.
Feſtus Sunt autem cochlacæ (ut ſcribit Feſtus) lapides ex flumine rotundi ad ſimili/
tudinem cochlearum. Bænacus (ut alibi diximus) cum αι diphthongo/ & κ/ Bænacus
Virgilius apud Græcos ſcribitur. Virgilius georgicorum. ii. Fluctibus/ ac fremitu aſſur
gens Bænace marino. Lacus eſt Venetiæ.
Roſaceus etiam/ Coriaceus/ Violaceus/ Maluaceus/ Betacius/ Piſtaciū/ Mu/
ſtacium/ c ſyllabā producunt. Palladius quin & amygdaleos ſubeunt piſtacia
ramos. Iuuenalis ſatyra ſexta. Cauſa nec ē/ quare cœnā & muſtacia perdas. Pit
tacium aūt cum i latino & duplicato t græcum quidē uocabulū ta ſyllabā cor
ripit ſicut Pittacus ut eſt apud Iuuenalem uel pittacon emit.
Alexāder. Demat opaca: cloaca: Quot dat ulū iunges: obliquos adere debes. Ex
cipitur ſimilacis: Syphacis: Pharnacis. Similax huius ſimilacis cū i latino utro Similax
Callimacus biq;/ græcum eſt uocabulum. Callimacus. σιμίλακα φοειροῦτα ξωα. Arbor
Sextius eſt/ quā Latini taxum appellāt/ teſte Sextio. Alii dicunt eſſe genus hederæ/ dē
Plinius ſis geniculatæ caulibus/ ſpinoſis fruticoſæ ramis/ folio ceu hedera paruo quā
Plinius libro. xvi. naturalis hiſtoriæ dixit oībus ſacris & coroīs eſſe ifauſtam/
quoniam ſit lugubris/ uirgie eius nominis/ propter amorem iuuenis Croci/
Ouidius mutata inunc fruticem/ dicente Ouidio libro metamor. iiii. Et Crocon in par
uos uerſum cum ſimilace flores: ubi pes ſextus proceleumaticus eſt. Syphax/
nomen barbarum/ apud græcos cum y græco ſcribitur: quos imitari operæ/ Syphax
Liuius precium eſt. Fuit numidarum rex/ teſte Liuio libro. iiii. de ſecundo bello puni
Propertius co. Et pha ſyllabam in obliquis indifferentem habet. Propertius. Hannibalis
Ouidius ſpolia/ & uicti monumēta Syphacis. Ouidius libro faſtorum. vi. Poſtera lux
Claudianus melior: ſuperat Maſaniſſa Syphacem. Claudianus. Cōpulimus durū Sypha/
cem/ tractūq; metelle. Pharnax huius pharnacis/ quēadmodū & Syphax hui Pharnax
ius Syphacis/ tam producta/ q̄ correpta in opbliquis pha ſyllaba/ enuntiandū Candax
Lucanus dixerim. proprium fuit uiri nomen: de quo Lucanus libro ſecundo meminit/
dicens. Tigranemq; meum/ nec Pharnacis arma relinquas. Simili modo Can
dax (ut mea fert opinio) da ſyllabā in obliquis corripit. ea inſula eſt/ quæ alias
Creta dicitur. Styrax ēt/ Dropax/ Athax/ Atrax ſecūdā ſyllabā in obliqs cor/
ripiunt. Serenus. Aut ſtyracem tornes/ aut duri uulturis alam. Vide ubi ſty/
rax Martialis. Pſilotrho faciē lauas/ & dropace caluā. Serenus. Nec ſi apposi

to curantur dro pace mēbra. Genus unguēti. Athax fluuius est prope Narbonam fluens. Atrax fluuius est Aetoliæ. & urbs macedoniæ. Statius primo thebaidos. Atracia rubet arte labor.

Virgilius Alexander. M subeunte breuis erit a. Excipitur dictamū. Virgilius li. æneï. xii. Dictamus
Statius Dictamū genitrix Cretæa carpit ab Ida. Statius li. filuarū primo. Dictami flo Dictamum
Serenus rentis opem quoq; anguis abundat. Serenus. Reliquias partus dictami detrahit hærba. Genus ē hærbæ medicinalis. Et cū i latino & ct exilibus scribitur: declinaturq; dictamus & dictamū. Dictamū itē eadē litteratura urbs est sep
Ptolemæus temtrionalis in Creta teste Prolemæo.

Alexander. A super n breuis ut clibanus: tū excipis illa Quæ declinabit tibi tertia: ficut inanis. Vocali iuncta producitur. Demitur Sicanus: & Cyane. Sicāus Sicanus
Virgilius a Sicania cū i latio. & c exili ca syllabā indifferētē habet. Virgilius li. æneï. iii.
Sylius Sicano prætenta sinu iacet isula contra. Sylius li. xiiii. Sydera Elisæis aderat
Sylius gens Sicana uotis. Idē li. xvi. Vtq; bibant Tyriū bis quinos fæua per annos
Ouidius Sicana nunc tellus, nūc litora Ibera cruorem. Ouidius de ibide. Plurima qua flamas Sicanus Aetna uomit. Cyane cū c exili & y græco nympha fuit Sicula Proserpinæ socia conuersa i fontē sui nominis. Alia eodē nomine fuit Mæ Cyane
Ouidius andri fluuii filia. Et mediā syllabā indifferētem habet. Ouidius li. ii. de pōto
Ouidius Quaq; suis Cyanem miscet Anapus aquis. Idem libro metamorpho. nono. Cognita Cyane præstanti corpore nympha.

Horatius Alexander. fit aranea iuncta balano. Balanus la syllabā corripit. Horatius in ter Balanus
Martialis tio carminū. Nec pressa tuis balanus capillis. Martialis in apophoretis. Hoc
Persius ex unguēto cōstat & ex balano. Inde fit adiectiue balanatus. Persius. Tum cū
Acron maxillis balanatū gausape pectis. Genus est glandis. Acron autē dixit hærbā esse unguentariam: & ab Horatio pro unguento myrobalano positam. Balanus item urbs est in Epiro.

Virgilius Alexander. A super p breuis. Excipitur Mesapus: Anapus: Serapis. Virgilius li. Mesapus
æneï. vii. At Mesapus equū domitor Neptunia proles. Propriū fuit uiri no Anapus
mem: a quo Mesapia hoc est Apulia Italiæ regio cognominata est ut scribit Serapis
Festus Festus. Ouidius libro. ii. de ponto. Quaq; suis Cyanē miscet Anapus aquis. Seraphis
Ouidius Fluuius est Siciliæ. Serapis huius serapis uel serapidis cum p & cū ph Sera
Martialis phis a nonnullis scribitur. Et ra syllabā indifferētem habet. Martialis. Vince
Martialis bant nec quæ turba Serapin amant. Idem. Ipsum Seraphin Nilus ueneratur.
Augustinus Osirim. fuit cognomē Osiridis: qui primo Apis teste Augustino libro. xviii. de ciuitate dei capitulo. v. ductus est: deinde Serapis per imutationem littera
Varro rum: cuius rationē Varro reddidit in hæc uerba dicens. Quia enim (inquit) ar ca in qua mortuus ponitur (quod omnes iam sarcophagum uocāt) græce σωροσ dicitur, & ibi sepultū Apidem uenerari cœperūt prius q̄ eius tēplum esset estructū uelut Sorosapis uel Sorapis primo deinde una littera (ut fieri solet) commutata Serapis dictus est. σωροσ proprie græce is est qui apud nos aceruus siue cumulus dicitur.

Iuuenalis A breuis ante q: fit tanaquil tibi testis. Iuuenalis. Ante tamē de te Tanaquil tua Tanaquil quādo sororē. Nomē est uxoris fictum. Hāc regulā Alexader omisit.

Iuuenalis Alexander. A sup r breuis est. Excipitur tiara. Iuuenalis. Phrygia uestitur bucca tiara. Phrygius pileus ē: & cū t exili & i latio scribit ut ī ipsa dictōe uidimus. Tiara

Alexāder. Quidā denariū breuiant nō primiciales. Imo etiam primiciales) ut Denarius
Martialis tuo ni frater utar uocabulo) na syllabā corripiūt: ac ēt producunt. Martialis.
Martialis Denariis tamen hanc non amo Basse tribus. Idem. Hanc uolo quā redimit totam denarius alter.

Virgilius Alexander. obliquos produc. Excipitur baccar huius baccaris & Lucar auis. Vir Baccar gilius in buccolicis. baccare frontem Cingite: ne uati noceat mala lingua futuro. Genus est hærbæ: & cum gemino c exili scribitur.

Alexander. Ante t corripis a. Et excipiēdo subdit: Quæ fiunt ītes sociabis sicut Achates. Demitur lapathes: Eurybates: Ichnobates: Pelates: schœnobates: Antiphates. Lapathos cum th aspirato hærba est ex qua cybus quidā cōficitur Lapathes

Serenus lapates congominatus:cuius mediā syllabā Serenus corripuit:Alexander ue
Alexander ro nequam/productā ponit. Ait enim Serenus.
Sæpe chelidoniam cum succo lapathis addes. Alexander nequāq̄.Lapathes
cybus est:& holus componit eundē.Eurybates cum y græco/& t exili/fuit te Euribates
Homerus ste Homero libro iliados secundo/uir Ithacus:quē Vlysses præconē semp ha/
Ouidius bebat ad manū.Ouidius heroidū.Nā simul Eurybates/me Talthybiusq; uo/
Ouidius carunt.Ouidius metamorpho.iii.Gnosius Ichnobates/Spartana gente Melā Ichnobates
Ouidius pus.Dici potest per uestigia ferarū incēdens.Nam ιχνος uestigiū βατης am Pelates
bulans interpretatur/& cum ch aspirato scribitur.Ouidius libro metamor/ Schœnoba
phoseon.v.fuit.Demere tentabat leui quoq; robore postes.Cynnipheus Pe/ tes
lates.Proprium fuit uiri nomen.Schœnobates cū ch aspirato/& œ diphthō/
Iuuenalis go/& t exili/dici potest funiambulus.Iuuenalis satyra tertia.Augur/schœno
bates/medicus/magus/omnia nouit.Antiphates cum t exili utrobiq;/& i lati Antiphates
Sylius no/propriū fuit uiri nomē. Sylius libro.xiiii.Post durū Antiphatæ sceptrū/
& Cyclopea regna.Posset tamē in his quattuor dictionibus Euribates/schœ
nobates/Antiphates/Icnobates/auctor excusari.Nam cum cōpositæ dictio/
nes sint sub illa possunt regula cōprehēdi/quæ incipit. A t breuis.
Alexander.Iungis nomen in as obliquis:sic probat abbas.Excipitur anas huius Anas
Rufus anatis.Rufus Festus in Arato.Latipedēq; anatē cernes excedere ponto.Mar/
Martialis tialis.Et anatis habeas uropygium macræ.Macer de uiribus hæbarum.
Macer Anseris/aut anatis mixta pinguedine turi.Auis est nota.
Alexander.Longa fit a super u.Bathauia cum th aspirato/a βαθυ/quod apud Bathauia
nos altū dicitur/descēdit.Prouincia est Germaniæ:a qua/sit Bathauus batha Bathauus
Lucanus ua bathauū/tha syllaba indifferenter posita.Lucanus li.primo.Vāgiones/Ba Baueria
Iuuenalis thauiq; truces/quos ære recuruo Stridētes acuere iubæ.Iuuenalis satyra.viii.
Marcialis Hic petit Eufratem iuuenis/domitiq; Bathaui.Martialis.Et mutat latias spu/
ma Bathaua comas:hoc ē sapo Germanicus.Hæc autem p̄uintia/alio nomi/
Virgilius ne nunc Baueria appellatur.Patauiū cum t exili/apud Virgilium ta syllabam Patauium
corripit/quom ait libro æneidos p̄mo.Hic tamē ille urbē Pataui/sedesq; lo/
Ptolemæus cauit/pro patauii.Vrbs est italiæ/Titi Liuii patria.Aliam eodem nomine po/
nit Ptolemæus urbem in Bithynia Asiæ.
Alexander.Ante b longa fit e.Excipitur muliebris:mulcebris:fœnebris cum œ Muliebris
diphthongo/a phœnore:phunebris:scatebræ:terebra:palpebra:celeber:ille Mulcebris
Horatius cebræ:tenebræ:latebra:uertebrum:cerebrū:salebræ.Horatius in epistolis. Fœnebris
Ira truces inimicicias/& phunebre bellū:hoc ē cædicū/siue mortale/a φονος Phunebris
quod cædes/uel mors iterpretatur.Funus autē exeqæ/a funalibus tractū ē.
Virgilius Virgilius georgico.p̄mo.Saxa ciet:scatebrisq; arentia tēperat arua.Tibullus. Scatebræ
Tilbullus Gentis Aquitanæ celeber Messala triumphis.Horatius in arte poetica.Illece/ Celeber
Horatius bris erat/& grata nouitate morandus.Idem in quarto carminū.Infernis neq; Illecebræ
Horatius enim tenebris diana pudicum Liberat Hipolitum.Virgilius libro æneí.viii. Tenebræ
Virgilius Defendi tenebris/& dono noctis opacæ.Lucanus libro.vi.Assuetumq; diu te
Lucanus nebris.Ouidius metamor.iii.& multis latebra oportuna fuistis.Virgilius li/
Ouidius bro æneidos.x.Coniicit in latebras:nec Turnus segnior instat.Horatius li/ Latebra
Virgilius bro.ii.sermonum.Sic uacuū celebri populū Phæaca putauit.Idē libro p̄mo Cerebrum
Horatius epistolarū.Qui queritur salebras/& acerbum frigus/& imbres.Martialis.
Horatius Sed quæ per salebras/altaq; saxa cadunt. Salebræ
Martialis Alexander.Ante d produces e.Excipitur Tenedos:Macedo:exedra:synhedra: Tenedos
Seruius cathedra.Tenedos cum t exili/fuit īsula in conspectu Troiæ/dicta teste Ser/ Trebula
Cicero uio/a quodam/cui Tenes nomē fuit/dicente ēt Cicerone in Verrinis.Tenē ip Mutuscæ
Seruius sum/cuius ex nomine/Tenedos nominatur.Hæc & Trebula cognominata ē/ Macedo
Virgilius teste Seruio:necnon & mutuscæ/ut est apud Virgilium libro æneidos.vii.oli Maceta
Virgilius uiferæq; mutuscæ.Idem libro.ii.æneidos.Ac in conspectu Tenedos notissima
Ouidius fama.Ouidius libro metamor.primo.Et claros/& Tenedos/Pataræaq; regia
Lucanus seruit.Lucanus libro.vi.Cum tibi sacrato Macedo seruetur in antro. Arator
Arator tamē ce syllabam produxit/quom dixit in actibus apostolicis.uir quippe Ma

cedo In somnis hæc uisus ait. Nã & græci nõnunq̃ ε in η mutare cosueuerunt.
Geminus Vnde Geminus ait i epigramatibus. εργα μακηδ-ορμοισ ἔγχεσι ϐεκλιμεμα.
Ouidius Sic & Ouidius ꝓtulit. xii. meta. dicẽs. Qui clypeo/gladioq; Macedõiaq; sarif
Diodorus sa. Macedones/populi sunt in Europa/teste Diodoro/q & Macetæ uocant/
Papinius dicẽte i achilleide Papinio. Quo Macetæ sua tæla citẽt/quo turbine cæstũ. Ex Exhedra
hedra ab; ἐξ/& ἕδρα/quæ est sella/compoĩt: sic synhedra ex συν/& ἕδρα: ca Synhedra
Martialis thedra ex κατα/& ἕδρα. Martialis. Illic æra sonant: at circum pulpita nostra/ Cathedra
Et steriles cathedras/basia sola crepant. Quod si dixeris has tres dictiones/
quia cõpositæ sunt/sub hac regula nõ comprehendi/fatebor quidem: sed ab
illa saltem eximi debuerunt/quæ icipit: Ante d protrahis e/si sint disyllaba.
Alexander. E super f dabitur breuis. Verba secundæ coniugationis composita Liquefacio
cum his uerbis/facio/& fio/ut liquefacio liquefio/tepefacio tepefio/patefa/ Liquefio
Ouidius cio patefio/syllabam ipsam/ante f litteram/indifferentem habent. Ouidius li
Horatius bro metamorpho. vii. Tura liquefaciũt/indutaq; corñibus aurũ. Horatius ser
Catullus mone. xiii. In matris iugulo ferrum tepefecit acutum. Catullus. Alta tepefaci
Propertius et permixta flumina cæde. Propertius. Nec flente dominæ patefiant nocte fe
Lucanus nestræ. Veneficus etiam ne syllabam producit. Lucanus libro sexto. Polluto Veneficus
Ouidius cantu/dirisq; uenefica succis. Ouidius heroidũ. Barbara narratur uenisse ue/
nefica tecum.
Alexander. E super l dabimus longam. Excipitur obelus: sepelio: Cybelle: Se/ Obelus
Homerus mele: Thymele: periscelis. Homerus libro iliados primo. Sepelio
μισ τυλλον τάρα τάλλα και ἀμφι ὀϐελοῖσι ἐπειρον. dicitur ueru. Persi
Persius us satyra quarta. Iam pridem hunc sepeli: tu restas: perge: tacebo. Ouidius he
Ouidius roidum. Et sepeli lacrymis perfusa fidelibus ossa. Cybele huius Cybeles/& Cybele
Cybeles huius Cybelis/uel Cybelæ/declinari potest. Quæ dictio apud Græ Cybeles
cos cum c exili/& y græco/& unico l scribitur: apud quos media syllaba cor/
Seruius ripitur. Teste enim Seruio super librum. x. æneidos/hæc Cybele dictio/ana
pæstus est: qui tribus constat syllabis/duabus breuibus/ultima lõga. Est igitur
Seruius Cybele mons in Phrygia/teste Seruio super librum tertiũ æneidos: a quo (ut
Festus ait) Cybele saturni uxor/cognominata est. Festus autem scribit Cybelẽ a nõ/
nullis ideo appellatã/quia ageret homines in furorẽ: quod Græci κυϐιστᾶ
dicunt. Sacerdotum enim Cybeles/proprium est/caput rotare/dicentẽ Iuue/
Iuuenalis nale: crinemq; rotant hululante Priapo: Alii a Cybelo sacerdote quodam/sa
crorum illius primo inuentore/Cybelem ipsam cognominatã dicunt. Hæc
Lactantius enim primum Ops dicta fuit/teste Lactantio firmiano: postea Cybele: Bere/
cynthia: Rhea: Bona dea. Nostri igitur poetæ/græcorum more/be syllabam
Virgilius corripuere. Virgilius libro æneidos tertio.
Virgilius Hinc mater cultrix Cybeles Corybantia q̃ æra. Idem libro æneidos. xi. Forte
Valerius sacer. Cybeli. Valerius Flaccus. Lætaq; iam Cybele/fœdæq; p oppida tædæ.
Martialis Martialis. Hinc uiduæ Cybeles/illinc sacraria uestæ. Idem. Et Cybeles picto
Martialis stat Corybãte Tholus. Iuuenalis. Et Cereris licet/& Cybeles aulæa relinquas.
Iuuenalis Idem satyra secũda. Hinc turpis Cybeles/& fracta uoce loquendi Libertas.
Iuuenalis Claudianus de raptu proserpinæ libro primo. Turrigeramq; petit Cybelẽ/
Claudianus sinuosa draconum Membra regens. Ouidius li. fastorũ quarto/ Inter (ait) uiri
Ouidius dem Cybelem/altasq; Celænas/Amnis it insana nomine Gallus aqua. Idem
Ouidius in eodem. Dindymon/& Cybelem/& amœniã fõtibus Idam. Nonnunquam
tamen/poetæ nostri/metri gratia/penultimam ꝓducentes syllabam/unum l i
terposuere: ita ut hæc Cybelle dictio/pes sit bacchius/tribus quidẽ syllabis cõ Cybelle
Claudianus stans/una breui/reliquis duabus longis. Claudianus de raptu proserpinæ li. i.
Claudianus adytis auulsa Cybelles
Columella Exilit: & pronas intendit ad oscula turres. Idem libro tertio.
Prosilit/& tali compellat uoce Cybellem. Columella li. xi.
Propertius Extimulat uatem per Dindyma castra Cybelles. Propertius.
Propertius Vertice turrigero/iuxta dea magna Cybelle. Idem.
Propertius Dindymus/& sacra fabricata inuenta Cybelle. Idem.

Lucanus Vel tu quæ tardo mouisti fume Cybellem. Lucanus libro primo. Et lotá par/
Sylius uo reuocant Almone Cybellem. Sylius libro nono. Amphitrioniades/pari/
Sylius ter ueneranda Cybelle. Idem in. viii. tepidoq; fouent Almone Cybellē. Stati/
Statius us libro siluarum quarto. Apia quaq; Italo gemitus Almone Cybellem. Cy/ Cybale
Virgilius bale cum y græco/& a/in media syllaba/nomen mulieris a Virgilio ponitur/
quom ait in moreto. Interdum clamat Cybale: hæc erat unica custos. Cymba Cymbalū
lum cum y græco/instrumētum est musicum: quod in sacris Cybeles haberi
Ouidius consueuerat cum tympano/dicente Ouidio libro fastorum quarto.
Propertius Cymbala pro galeis/pro scutis tympana pulsant. Propertius. Narrabis Se/ Semele
Iuuenalis mele quo sit formosa. ꝓpriū fuit mulieris nom̄. Iuuenalis. Diues/& a trepido Tymele
Horatius Tymele supposita latino. Proprium fuit nomen mulieris. Et cum th aspirato/ Periscelis
& y græco scribitur Horatius in epistolis. Nota refert meretricis acumina: sæ
pe catellam: Sæpe periselidem. Genus est ornamenti/ex περι circum/& σκε
λοσ crus/uel brachium/compositū uocabulum. Melius tamen excipi debu/
isset ab illa regula: e sup l longā faciūt disyllaba. Cū i latino/& c exili scribit.
Alexander. E super m longa: uehemens/eremusq; retracta. Eremus fœminini ge Eremus
neris/absq; aspiratione initii/græcum est uocabulum: quod apud illos cum
η in media syllaba scribitur hac uidelicet scriptura ἔρημοσ: quæ quidem syl/
Dionysius laba producta est. Vnde Dionysius in perihegesi/ait.
Maffæus οὔ ποτε τι προχοῆσιν ἐρημαίην ἀραρυκτα. Quaṝ errauit Maffeus/quom
dixit i Antoniade. Expediā ꝑmaīnq; eremū/ꝑmosq; recessus. Sed (ut puto)
Prudentius Prudentiū imitatus est/simili deceptum errore/quom i psycomachia ait.
Excidit ergo animis eremi sitis. Claudicat etiā uersuculis ille/q in hymno ad
laudem sancti Ioānis Baptistæ decantatur his uerbis. O nimis fœlix/meritiq;
celsi Nesciens labem niuei pudoris Præpotens martyr/eremiq; cultor Maxi/
me uatum. Neq; ab hæreo/uel remoueo/eremus deducitur/ut Brito uoluit/
Vgutio & Mamætractus/& cum Catholico somniauit Vgutio.
Martialis Alexander. Longa fit e super n. Excipitur Porsena: olenos: & Clymene. Martia/ Porsena
Sylius lis. Hanc spectare manū Porsena non potuit. Sylius li. viii. Cernitur effugiēs
Seruius ardentē Porsena dextrā. At uero Virgilius (ut dixit Seruius) metri gratia/ge/
Virgilius minauit n/quom li. æneidos. viii. ait. Necnō Tarquiniū eiectū Porsenna iube Porsenna
Statius bat Accipere. Rex fuit Romanorum. Statius libro thæbaidos quarto.
Ouidius Olenos Ioniis & fluctibus hospita portu. De hac uibe alibi diximus. Ouidius. Olenos
Cætera per socias Clymenen/Aethramq; loquamur. Proprium fuit mulie/ Clymene
ris nomen Helenæ comitis. Et cum c exili/& y græco scribitur.
Tortellius Alexander. Ante p rara fit e: moneo tū hanc breuiare. Excipitur Asepus. Hac Asepus
enim litteratura scribitur ab Homero/Dionysio/Ptolemæo/Prisciano: etsi
Tortellius cum æ diphthongo/& a/in media syllaba/hac uidelicet scriptura
Homerus Aesapus scribi præcipiat. Fuit Troiani fluuii nomen teste Homero libro ilia
Priscianus dos. xii. de quo Priscianus i perihegesi. Atq; malos lemures/quod pellit mu
nus Asepi. Iosepus ēt mediam producit ut uidimus in erroribus Petri Rigæ. Iosepus
Sic etiam Asclepius proprium uiri secundā producit. Nam apud græcos est
ἀσκληπιοσ. Macer. Non modicum sanas Asclepius asserit illas.
Ante q fit breuis e diequinti sit tibi testis.
Gellius Vt libro nono tradit tibi Aulus Gellius. Hanc regulam Alexander omisit. Diequinti
Alexander. R subeunte breuis datur e. Excipitur trieteris: machæra: Abdera: ar/ Trieteris
cæra: Neæra: Cythera: Cithæron. Trieteris cum t exili utrobiq;/& i latino in
Statius utraq; syllaba/dici potest triennium. Vnde trieterica sacra. Statius libro thæ/
Sylius baidos. iiii. Ludus/& atra sacrū recolet trieteris Opheltem. Sylius libro. iiii.
Virgilius Edonis ut Pangæa super trieteride/motu. Virgilius libro æneidos quarto.
Thyas ubi audito stimulat trieterica bacco. Erant trieterica Bacchi sacra: quæ
Seruius ideo sic dicta sunt/teste Seruio/quia triennalia/hoc est/tertioquoq; āno sum
Ouidius ptuosiora quottidianis orgiis agitabantur/dicente Ouidio libro meta. viiii.
Vtq; tuo moto proles Semeleia thyrso. Ismariæ celebrant repetita triennia
Iuuenalis bacche. Machæra cum ch aspirato/& æ diphthongo scribitur/ut in ipsa dicti/ Machæra

one uidimus.Iuuenalis satyra .vii.Ostendatur/ames nomen/uictúq; machæ
Ennius ræ.Ennius succinti corda machæris:idest gladiis:hoc est/crudelibus cogitati
Ouidius omnibus.Ouidius de Ibide.Aut te deuoueat certis Abdera diebus.Vrbs fuit Abdera
Solinus Thraciæ:quãm Diomedis soror condidit:& a se cognominauit/testibus So/ Abdira
Pomponius lino/& Pomponio Mela.Abdira/urbs est Aphricæ/inter Bagradam/& Tri Abdara
Ptolemæus tonem fluuios/teste Ptolemæo.Abdara/locus est Iberici maris/ut idem Pto Arcæra
Ptolemæus lemæus ostendit.Arcæra cum c exili/& æ diphthongo/plaustrum est undiq; Neæra
Virgilius tectum.Neæra cum æ diphthongo/mater fuit Phaethusæ/& lampetiæ.Vir
Tibullus gilius in buccolicis.ipse Neæram.Dum fouet.Tibullus.Lygdamus hic situs
Ptolemæus est:dolor hinc/& causa Neæra.Cythera cũ c exili/& y græco/& th aspirato/ Cythera
Dionysius insula est/teste Ptolemæo/Pelopõneso adiacens/& eiusdem nominis urbs in
Strabo ea/pluralis tantum numeri.Dionysius/& Strabo/insulam esse dixerunt con/
Virgilius tra Cretam:alii Cypri ciuitatem esse uoluerunt.Virgilius libro æneidos.x.
Virgilius Est Paphos/Idaliumq; mihi:sunt alta Cythera.Idem li.æneidos primo.
Statius Hunc ego sopitum somno super alta Cythera.Cithæron cum c exili/& i lati/ Cithæron
no/& th aspirato/& æ diphthongo/unum est ex iugis Parnasi montis Boœ
Ouidius tiæ.Statius thæbaidos primo.Inde plagam/qua molle sedens i plana Cithæ
ron.Ouidius li.metamor.iii.Vadit ubi festus facienda ad sacra Cithærõ.Tri Trieris
eris etiam apud græcos mediam producit:sic & poderis.Nam apud illos cũ Poderis
η in media syllaba scribuntur.Quod si aliter apud poetas comperitur/au/
ctoritatis est/non rationis.Nauis est trieris cum i latino utrobiq;:quam tri/
remem uocant.Poderis uestis est talaris:quam camisiã sacerdotalẽ appellãt.

Alexander.tamen excipias rus In propriis:sicut Gualterus.Eximitur Pierus: Pierus
Craterus:& Valerius:Virgilius libro.x.Quem tñ haud expers Valerius uir
Ouidius tutis auitæ.Propriũ est uiri.Ouidius libro metamor.v.Pierus has genuit Pel
læis diues in aruis.Pater fuit nouem picarum:quas nouem musæ canendo ui
Horatius cerunt:& cum i latino scribitur.Horatius sermone.xiii.Nõ est cardiacus:Cra Craterus
Persius terum dixisse putato.Persius.Et quid opus Cratero magnos promittere mõ
tes?Proprium fuit uiri nomen:& cum c/& t exilibus scribitur.

Alexander.Et deriuatum/quod rus determinat/aut rum:Ex hoc austerus pro/
ducitur.Excipitur bucerus:& querquerus:& posterus.Bucerus enim/a boue Bucerus
Pompeius formatur.Querquerus autem/a καρφρα/quod græci dicunt/auctore Pom/
Ouidius peio.Ouidius libro metamorpho.vi.Lanigerosq; greges/armentaq; bucera
Lucillius pauit.Lucillius.querquera consequitur capitisq; dolores.Idem.iactans me/ut Querque/
Lucillius febris querquera:hoc ẽ frigida.Virgilius libro ænéidos quarto.Postera Phœ rus
Virgilius bea lustrabat lampade terras.Alter/prosper/asper/exter/sub regula contine Posterus
ri possunt.Inferus/& superus/ab illa exceptione/& deriuatum/ab auctore
eximuntur.

Alexãder.Corporis obliquos alios.Excipitur Byzer:Cremester:character:bra Byzeres
chionister:alter:physeter:soter:stater:clyster:luter:quæ cum η apud græcos
in secũda obliquorũ syllaba scribũtur:quæ quidẽ littera(ut alibi diximus)aut Buzeres
in æ diphthongum/aut in e productũ/a nostris mutari consueuit.Sic & pre/ Cremester
ster.Lucanus.viiii.Percussit prester illi rubor igneus ora.Serpẽtis genus es. Character
Byzeres cum y græco/populi quidam sunt:qui a nonnullis/y græco in u(ut Brachioni/
Priscianus fieri solet)mutato/Buzeres appellantur.Priscianus in perhegesi.Buzeres pri ster
Valerius mi:quos iuxta terra Bechirũ.Valerius Flaccus li.v.Buzeresq; uagi.Cremester
cũ ct exilibus scribitur.Sunt Cremesteres nerui/a quibus testiculi pẽdẽt.Cha
racter cum ch aspirato in initio/& ct exilibus in ultima syllaba/interpretari
potest signũ/figura/stylus dicendi.Brachionister cum ch aspirato/& i latino
Martialis utrobiq;/& t exili scribitur:& dici potest armilla.Martialis in apophoretis.
Quid pereunt stulto fortes aletre lacerti?Massa erat plombea:qua salientes
utebantur.Physeter cũ y græco/genus est piscis marini admirabili magnitu/ Alter
Rufus dine.Et a φυσαω:quod est spiro/uel suffio/descendit.Rufus Festus ĩ Arato. Physeter
Delphinos uirides/& physeteras anhelos.Soter cum t exili/propriũ fuit ui/ Soter
ri nome:& dici potest saluator.Stater cum t exili utrobiq;/tam apud Græ/ Stater

Tortellius cos/q̃ latinos scribitur:etsi cum ch aspirato in secunda syllaba scribi a Tortel
Vgutio lio præcipeatur. Neq̧ a sto stas descendit/ut cum Catholico somniauit Vgu/
Tortellius tio:sed nec a σταθμίζω/quod ē trutino/deducitur/ut tradit Tortellius ipse:
quia tunc cũ th aspirato in secũda syllaba scriberetur:quod nequaq̃ a græcis/
nec latinis obseruat. Deriuatur autem stater ab ἵστημι/quod est pondero/η i
α conuerso:quemadmodum & ab ἵστημι/quod est sto/fit στάσις statio/η
pari modo i α mutato. A cuius quidē accusatiuo græco στατῆρα/nostri hæc
Statius statera huius steteræ formauerunt. Statius libro.iiii.siluarum. Sed certa uelut Statera
æquus in statera. Clyster cum c/& t exilibus/& y græco/aluum repurgare cō/ Clyster
Macer sueuit:cuius quidem in obliquis secundam syllabā præter naturam corripuit
Macer/quom ait libro de uiribus hærbarum. Appositus digitis:aut intus Cly Luter
stere fusus. Et a κλύζω/quod est lauo/deriuatur. Luter genus est uasis: quod Mulier
apud Græcos λουτήρ scribitur.
Alexander. Produc mulierem. Mulier e syllabam corripit in obliquis/ut apud
Terentium legitur.
Alexander. E super s breuis. Excipitur inde hoc Carchesium:Galesus: Halesus: Carchesiũ
Marpesus:Lyrnesus:Milesi⁹:Magnesia:Diœcesis:Syntheresis:theoresis:synœ
cesis:quæ cum unico s scribitur. Carchesium cum c exili/in initio/& ch aspira,
to in secunda syllaba/genus est poculi procærum/& circa mediam partem cō
pressum/ansatum mediocriter ansis a summo ad infimum pertingentibus/ut
Macrobius scripsit Macrobius i saturnalibus. Dictum est autem carchesium(ut putat As/
Asclepiades clepiades)a nauali re. Nam summam naualis ueli partem carchesium nomi/
Virgilius nabant. Virgilius. cape Mæonii carchesia bacchi. Statius in achilleide.
Statius Aequor & in celsa libant carchesia puppe. Ouidius libro metamorpho.vii.
Ouidius Tunc super inuergens tepidi carchesia lactis. Virgilius georgico.v.
Virgilius Qua niger humectat flauentia culta Galesus. Statius libro siluarum tertio. Galesus
Statius Et Lacedæmonii pecuaria culta. Galesi:scilicet fluuii prope Tarentum. Qua/ Halesus
Columella re autem dixit Lacedæmonii/uide ubi Oebalia:de qua diximus super regulā:
Liuius Ante b fit breuis e. fluuius ē Calabriæ teste Liuio libro quarto de secũdo bel/ Marpesus
Seruius lo punico. Columella libro.xi. Et quæ sicani flores legistis Halesi. Marpesus/
Virgilius teste Seruio super librum sextum æneidos/mons est in insula Paro:a quo fit Marpesius
Herodotus Marpesius Marpesia Marpesium. Virgilius. Quam si dura silex/aut stet Mar/ Lyrnesus
pesia cautes. Lyrnesus cum y græco/fuit teste Herodoto libro historiarum.v. Lyrnesius
Virgilius Phrygiæ urbs:a qua/fit Lyrnesius Lyrnesia Lyrnesium. Virgilius li.ænei.xii.
Virgilius Lyrnesi domus alta/solo Laurente sepulcrum. Idem li.æneidos.x. Haud partē
Seruius exiguam montis Lyrnesius Agmon:idest phryx/ut exponit Seruius. Lyrnes Lyrnessus
Homerus sus autē cum y græco/& duplicato s/urbs fuit Thesaliæ/teste Homero libro
iliados secundo. Miletos cum i latino/trium est urbium nomen(ut uidimus
super regulā:Longa fit i super l. Et a Mileto/fit Milesius Milesia Milesiũ. Oui Melesius
Ouidius dius libro secundo tristium. Iunxit Aristides Milesia carmina secum. Virgilius
Virgilius georgicorum tertio. Milesia uellera nymphæ Carpebant. Magnesia/regio ē/ Magnesia
Plinius Thessaliæ annexa/teste Plinio libro quarto naturalis historiæ:cuius populi/
Lucanus Magnesii uocitati sunt:qui & Magnetes/dicente Lucano libro.vi.
Et Magnetes equis/Minyæ gens cognita remis. Magnesia item/duarum ē ur/
Ptolemæus bium nomen/teste Ptolemæo:quarum una ē in Caria:alia in Lydia Mæonia.
Ptolemæus Est etiam promontorium Pelasgiotorũ Macedonia/ut idem dicit Ptolemæ
us. Diœcesis cum i latino/& œ diphthongo/dici potest gubernatio/disposi/ Diœcesis
tio/dispensatio/iurisdicio/siue administratio. Neq̧ ex de/& cæsio/composi Theoresis
tum uocabulum est/quasi decisio dicatur/ut cum catholico somniabũdus tra Synechesis
Vgutio dit Vgutio. Sed a διοικέω/quod est guberno/descendit. Synteresis cũ y græ Synteresis
co/& t exili/dici potest attentio/seu conseruatio. Nam a συντηρέω/quod est
conseruo deriuatur. Ea est pars animæ/quæ uitiis aduersatur:& se se semp im
maculatam cupit a peccato seruare. Theoresis cum th aspirato/dici potest cō
templatio. Synœcesis cum y græco/& œ diphthōgo/dici potest cohabitatio.
Macer Pleuresis re syllabam apud Macrũ producit/quom ait li. de uiribus hærbarũ. Pleuresis

Costarum/quam pleuresim uocat attica lingua. Dicitur laterum dolor: quæ
tamen græcæ πλευριτισ uocatur.
Alexander. T subeunte datur e longa. Excipitur uenetus: Macetæ: Pyretrũ: Phe — Venetia
retrum: pharetra: Triquetra: Panaretus: epitheton: antitheton: Thaygetus: Ia
Ptolemæus — petus: Vietus: Chrysedetũ. Chrysodetũ. Venetia/prouĩtia ẽ ĩ Italia/teste Ptole
mæo. Et ne syllabã ꝓducit: quia aliter metro stare non potest/nisi per procele
Petrarcha — umaticum. Vnde Frãciscus petrarcha in epistola ad Zenobium Florentinum
ait. Atq; Adriæ imperitans/alterq; Venetia mundus. Venetiæ pluralis tantũ — Venetiæ
numeri/opidum est Venetiæ nobilissimum/in mari situm. Inde fit Venetus — Venetus
Propertius — Veneta Venetum/ne syllaba correpta. Propertius. Quantum Hypanis Vene
Martialis — to dissidet Eridano. Martialis. Rhæsina Veneto nec resecare luto. Statius in a
Statius — chilleide. Quo Macetæ sua tæla citent/quo turbine cæstum. Populi sunt: qui — Macetæ
alias Macedones appellantur. Pyretrum cum y græco/& t exili/genus ẽ hær — Macedones
Macer — bæ. Macer de uiribus hærbarũ. Est Pyretrum calidum/siccum quoq;: quartus — Pyretrum
Virgilius — in istis Est gradus. Virgilius libro æneidos. xi.
Sed uenit in medium: pheretro Palante reposto — Pheretrum
Seruius — Procubuit super. Græcũ est uocabulũ/testibus Seruio/& Varrone de lingua
Varro — latina: & capulus transfertur: quo scilicet mortui efferũtur. Pheretrũ itẽ lectus
Sylius — erat/ĩ quo residẽtes captiui/perinde ac mortui/in capitoliũ agebant. Sylius.
Virgilius — Ante Syphax pheretro residens/captiua premebat Lumina. Virgilius libro — Pharetra
Lucanus — æneidos. viii. Ille mihi insignem pharetram/Lyciasq; sagittas. Lucanus.
Cura fuit lectis pharetras implere sagittis. Sagittarum conditoriũ/siue repo/
sitorium est. Triquetra cum t exili utrobiq;/& i latino/insula est in: quæ alias — Triquetra
Horatius — Sicilia/seu Sicania uocatur: de qua Horatius.
Sylius — quid militibus promissa Triquetra? Inde fit Triquetrus Triquetra Trique/ — Triquetrus
trũ: Sylius libro. v. Huc Aetnæa cohors/Triquetris quam miserat oris. Pana — Panaretus
retus cum t exili/põt omniũ uirtutum cõtinens. Nam παρ totum significat:
Hierõymus — & ἀρετη uirtus interpretat. Hierõymus in prologo super parabolas Salomo
Martialis — nis. Fertur & panaretos Iesu filii Syrac liber. Hinc Martialis ait. Arguto m adi
dus pollice panaretus. Epiteton cum i latino/sequente th aspirato/& t exili ĩ — Epitheton
ultima syllaba/dici potest impositum/seu appositũ/uel adietiuũ. Synthetõ — Syntheton
cum y græco/& th aspirato in secũda/& t exili in ultima syllaba/dicitur com — Cacosyn
positum. Cacosynteton cum c exili in utraq; syllaba/mala compositio inter — theton
pretatur. Antithetõ cũ t exili in secũda/& ultima/& i latino/& th aspirato in — Antithe
Persius — tertia syllaba/dici potest cõtrapositũ. Et omnia the syllabã corripiũt. Persius: — ton
Librat in antithetis doctas posuisse figuras. Agonotheta cum th aspirato ĩ pe — Agonothe/
nultima/& t exili in ultima/dici potest certaminis dispositor: hoc est munera — ta
rius. At si dixeris/compositæ hæ dictiones sunt/sub hac regula contineri nõ
possunt/fatebor quidem: sed ab illa regula eximi debuere: Ante t longa fit e.
Ptolemæus — Taygetus cum t exili utrobiq;/& y græco/mons est ĩ Peloponeso/teste Pto — Taygetus
Lucanus — lemæo. Lucanus libro quarto.
gelidiq; inculta iuuentus.
Taygeti. Taygete eadem scriptura/filia fuit Agenoris: quo etiam nomĩe/una — Taygete
Rufus — pliadum appellata est. Rufus Festus in Arato. Electra/Altioneq;/Celæno/Ta
Ouidius — ygeteq;. Ouidius li. fastorum. iii. Naiau/& Electrã/Taygetemq; Ioui. Iapetus — Iapetus
Hesiodus — cum i latino in initio/& t exili/fuit teste Hesiodo in Theogonia/Titani filius
Ouidius — ex Asia coniuge. Ouidius libro metamorpho. primo.
Virgilius — Quam satus Iapeto mixtam fluuialibus undis. Virgilius georgicorũ primo.
Ceumq;/Iapetumq; creat: sæuumq; Typhœa. Vietus a uieo uies/interpreta/ — Vietus
